



4. Pra. 14. num. 10. ~~1708~~

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

**JURAMENTI
DELATIONE IN
CAUSA FISCALIS
PECUNIARIA,**

16

PAPA
IN NOMINE ^{QVAM,} SACRO-SANCTÆ
ET INDIVIDUÆ TRINITATIS,
DECRETO ET AUTHORITY MAGNIFICI JCTO-
RUM ORDINIS, IN CELEBERRIMA PATRIA ACADEMIA,
PRÆSIDE

1708. 6.

VIRO PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

**DNO. CASPARO MAT-
THÆO MÜLLERO,**

SER. DUCIS MECKL. REGENTIS CONSIL. CANCELLAR.
PROF. DUC. PUBL. ORD., IN HOC ACTU SPECTABILI

PRO DECANO,

FAUCTORE, PROMOTORE ET PRÆCEPTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO,

Pro Impetrandis Summis in Utroqve Jure Privilegiis & Honoribus,
PÚBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOH. CHRIST. Petersen / ROSTOCH;

DIE XXVI. APRIL. IN AUDITORIO MAJORI,
Horis Ante- & Pomeridianis.

Rostochi, Typis Joh. Wepplingi, SER. PRINC. & ACAD.
Typographi, Anno MDCCVIII.



1784. 14. 11. 0.

DISPUTATIO DE REBUS NATURALIBUS

DE IURAMENTO
DE CAUSA FISCALIS

IN NOMINE SACROSANCTAE
SYNODI ET UNIVERSITATIS
MAGISTRORUM ET SCHOLARUM
CIVITATIS MAGNIFICENTISSIMAE
ALMAE MATERIS UNIVERSITATIS
SACRAE THEOLOGICAE
CIVITATIS HALLENSIS

AD DEFENSIONEM
CAUSAE FISCALIS

AB
MAGISTRO
THEOLOGICO

FRANCO
THEOLOGICO

IN
CIVITATE
MAGNIFICENTISSIMAE
ALMAE MATERIS UNIVERSITATIS
SACRAE THEOLOGICAE
CIVITATIS HALLENSIS

AD DEFENSIONEM
CAUSAE FISCALIS

AB
MAGISTRO
THEOLOGICO


FRANCO
THEOLOGICO

IN
CIVITATE
MAGNIFICENTISSIMAE
ALMAE MATERIS UNIVERSITATIS
SACRAE THEOLOGICAE
CIVITATIS HALLENSIS

AD DEFENSIONEM
CAUSAE FISCALIS

AB
MAGISTRO
THEOLOGICO


FRANCO
THEOLOGICO



VIRIS,
PER - ILLUSTRIS

ATQVE
EXCELLENTISSIMO,

DN.

JOHANNI  /

SERENISSIMI ATQ; CELSISSIMI MECKLEN-
BURGENSIUM PRINCIPIS REGENTIS, DOMINI
NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI, CONSILI-
ARIO INTIMO, CANCELLARIÆ JUSTITIÆ ET
CONSISTORII MECKLENBURGICI DIRE-
CTORI GRAVISSIMO, PROFESSORI PU-
BLICO IN HAC ALMA CELE-
BERRIMO,

NEC NON
GENEROSISSIMIS
MAXIMEQVE STRENUIS,

DN.

ERNESTO FRIDE-

RICO de FINECKEN,

HÆREDITARIO IN CASSOW &c.
COMMISSARIO PROVINCIALI TERRARUM
MECKLENBURGICARUM MERI-
TISSIMO,

UT ET

DN.

DETLEV JOACHIMO
de WETKEN,

HÆREDITARIO IN TRENTHORST, SCHENC-
KENBERG, WULFENOW, GRINOW
ET ARENSFELDE &c.

DOMINIS PATRONIS SUI
FILIALI OBSEQVIO DEVENERANDIS,

INAUGURALES HAS PAGELLAS,
IN TESSERAM OBSERVANTIÆ NUNQVAM INTERMORITURÆ,
SUB VOTO OMNIGENÆ PROSPERITATIS
SACRAS ESSE VULT

JOHANNES CHRISTIANUS
Petersen.

III

J. N. J.

L. B.



Emporis angustiae condonabis,
 quod, quam Rubrum indicat, materi-
 am, neque fusius, neque accuratius,
 pro rei dignitate, elaboratam produ-
 ci videas. Non enim, in Patria redu-
 ci facta, in mentem venerat, nomen
INCLYTO ICTORUM ORDINI,
 ante abitu proximo instantem, profi-
 tendo, Examē Candidatorum lubire,

nedum Inauguralem Disputationem in publicum jam educere.
 Enimvero, cum illorum, quorum iusta pro posse venerari om-
 nnis Lex mihi injungit, voluntas non nihil a cogitationibus meis
 esset aliena, non quidem potui eidem non obtemperare, sed
 tamen nec e re esse videbatur, themati, quod primum medita-
 bar, inhaerere, partim quod nimis angustos hujus deductioni
 positos esse terminos, partim vero quod prolixius & per omnes
 fere juris nostri partes sese diffundens hoc animadverterem.
 Scilicet de *Modico*, quatenus illud inter *Magnum & Exiguum* est
 intermedium, agere constitueram, quod ipsum, dictas ob-
 rationes, in aliud nunc tempus rejicio, si non per modum Dispu-
 tationis, in peculiari tamen Tractatulo hac de re aliqua olim dis-
 ferturus. De breviori itaque magisque speciali themate solli-
 cito peropportune illud: *De Juramenti Delatione in Causa Fi-
 scalis Pecuniaria*, offerebatur, quod, quod majori jure ad mate-
 riarum Practicarum classem referendum, rarius tamen, & ab iis
 quoque, qui de *Fisco* ex professu coeteroquin agunt, ne levi sal-
 tem digito, tactum esse, mirari merito me subit. Antequam
 vero ejus tractationem suscipio, rigidiorum Tuam L. B. censu-
 ram, cui virium mearum imbecillitas facile coeteroquin me sub-
 jiceret, deprecatus, binis tantum, ut de ordine hic electo sub-
 initium statim Tibi appareat, adhuc praemitto, IV. Capitibus me
 Dissertationem hanc includurum esse, ita, ut in Cap. I. *Generalia*
 sistantur

A

fistantur : In Cap. II. *Rationes Dubitandi*, seu pro Sententiâ Negativâ, in Cap. III. *Rationes Decidendi*, seu pro Sententiâ Affirmativâ facientes, & denique in Cap. IV. *Rationes Refutandi* Sententiam Negativam adferantur; Qui labor ut ex voto cedat, ad Te, Pater omnis Clementiæ, supplex provolvor, orans rogansque, velis Tuâ, uti hæctenus, ita & in præsens, mihi adesse gratiâ, quò, Tuis Itipatus auxiliis, quicquid tandem difficultatis hîc reperietur, facili superem negotiò, portumque, quo vela mea tendunt, feliciter attingam.

CAPUT I.

SISTIT GENERALIA, OCCASIONE RUBRI PRÆMITTENDA.

SUMMARIA.

Ingressus n. 1. *Juramentum unde dicatur?* 2. *Homonymia vid. n. 3. Synonymia 4. An rectè dicatur Tortura Spiritualis?* ibid. *Jurisjurandi vocabulum an magis usitatum sit juramenti voce?* 5. *Inter hæc duo nulla est differentia* 6. *De Moralitate Juramentorum agitur remissivè* 7. *Quid sit Juramentum?* 8. *In definitione Juramenti & Perjurii limites probè sunt notandi.* 9. *Juramentorum divisiones infinitæ sunt* 10. *Hæc facientes vid. II. junctò n. 14. Juramentum judiciale in specie quoddam & 12. sq. An rectè dicatur Voluntarium?* 15. *Delationis vocabulum unde?* 16. *Duplex potissimùm ejus est acceptio.* 17. *sq. Deserre juramentum quid?* 18. *seq. Vocabulum cause*

CAP. I. SISTIT GENER. OCCAS, RUBRI PRÆMITT. 3

causæ quid hic significet? 21. s. qq. Vox Fiscalis unde descendat? 24. Quot modis accipiatur Fiscus? 25. & 28. An rectè à Fr. MARCO definiatur? 26. Quò sensu nobis veniat? 28. & 33. An Fiscus differat ab Ærario? 29. s. qq. Fiscalis officium quodnam hodie? 34. s. qq. De Synonymis Fiscalis vid. n. 37. seq. Advocati differunt à Procuratoribus 39. An idem in Fiscis Procuratore & Advocato? 40. de Jure Civili? 41. Camerali? 42. Moribus? 43. Fiscalis quomodo Chassanao describatur? 44. Quam bene? 45. seq. De iis, quibus Fiscalem constituendi jus competat? agitur remissive 47. Nec non de Advocati Fiscis Privilegiis 48. Causa Pecuniaria quæ? 50. Quæ corporis afflictiva? ibid. Casum Disputationis vide num. ult.

§. I.



ngula eqvidem Rubri verba pro- 1.

lixius excutere, brevitatis studium haud patiter, attamen, ne à consuetudine, uniformiter propemodum receptâ, divortium temerè facturus videar, neve obscuritati involvantur termini, quam, in disputandò potissimum, removendam, vel sobriùs Philolophantiù agmen, vel sana demum ratio jubet, in quantum per illud nunc licebit, in Cap. hoc Primò circa Thematìs nostri explicationem, occupaberis, quò inoffensò deinceps pede ad rem ipsam propius accedere queamus. Quod ut eò distinctius hic fiat, Rubrò in duas partes scis-ò, de Priori nempe de Juramenti Delatione, primùm ero sollicitus.

§. II. Ubi vel tetigisse sufficit JURAMENTI vocabulum descendere à verbò Jurare vid. HILLIG. ad Donell. lib. 24. c. 13. in Nos, lit. D. MEYER Coll. Jur. Argent. tit. de Jur. th. 2. ab Ex- 2. 3. eratione

eratione verò &c. vid. MEIER *d. l. th. 2.* planè diverſum eſſe. FRANZK. *ad ff. tit. de Jurej. n. 4. & 33.* LYNCKER. *in Anal. ad*

4. *Struv. S. J. C. Eod. th. 12.* Habet hæc vox varia Synonyma, quippe cùm nonnunquam & *Tortura Spiritualis* vocetur, quæ appellatio quatenus rectè ſe habeat? docet J. S. STRYCK. *Tr. de Juramentis Melet. l. c. 1. §. 23.*, ſæpius & *Juramen* vid. GUNTHER. *lib. 3. ibi: Quòvis Juramine major. Dejurium* vid. HARPR. *ad pr. J. de pœn. tem. litig. n. 8. Jurandum*, ut PLAUT. *in Cifell. ibi: Aut me tuo, ne quis jurandū noſtrum culpet.* Gerd. in Epd/Schwur/Epdschwur audiat, imò & *Religio* atque *Sacramentum* in eòdem ſenſu quandoque accipiuntur. SETSER. *de Juram. l. 1. c. 1. ſqq.* HILLIG. *ad Donell. d. l. 24. c. 13. lit. D. in Not.* Frequentius tamen, omnibus modò adductis, in Jure præſertim noſtrò, eſt *Jurisjurandū* vocabulum, quod vel ex ſolò ff. & *C. tot. tit. de Jurej.* ſatis patet, aded ut & ipſius *Juramenti* præ illò rarior, in Pandectis ad minimum, videatur eſſe uſus, ceu in quibus bis tantùm iſtud reperiri, nimirum in *L. 34. §. 5. ff. de Jurej. & L. 25. §. 3. ff. de Probat.* Jam ante MARTIN. *in Proc. ad tit. 18. in Rubr. n. 6.* notavit MEIER. *C. J. A. tit. de Jurej. th. 2.* quòd ipſò autem uni præ alterò in Praxi nulla accedit prærogativa, quin potius promiſcuus utriusque ſolet eſſe uſus. Multò minus in VULTEJI partes concedere nunc poſſum, qui, *Diſc. Schol. 7. pag. 70.* inter *jujurandum* & *juramentum*, differentiam adhuc comminiſcitur, cui jam dudum à BEUSTIO *ad Rubr. ff. de Jurej. n. 29.* tuit factum.
7. RENNEMANN. *Diſp. de Juram. th. 1.* Nolim hoc loco liti, de Moralitate Juramentorum moveri ſolite, me committere, cum hæc dere Excell. Dn. PRÆSES Patronus atque Preceptor noſter nunquam ſatis venerandus, in *Diſp. de Juram. per alter. ſalur. c. 1. Excell. Dn. D. TITIUS, Preceptor quondam noſter, Fautorque celeberrimus, ad PUFEND. de O. H. & C. Obf. 275. n. 5. & STRYCK. jun. d. tr. Melet. n. c. 1. §. 8 ſeqq.* aliique, quorum caſtra omnino ſeqvor, videri poſſint, ad Definitionem Juramenti ſaltem tranſitum facturus; Ubi, illam, quam proximè laudatus Dn. TITIUS
8. ſuppeditat, meam facere, non ambigo, ſc. quod ſit: *Actus religioſus, quò vindictam Divinam in nos depoſcimus, in caſum, ſi mentiamur aut fallamur: ubi tamen neque mentimur neque fallimus.*

vid.

vid. Ejusd. *Obs. ad PUFEND. lib. 1. c. 11. per tot. & ad LAUTERB. tit. de Jurej. Obs. 320.* Placet hæc præ cæteris, definito suo ut plurimum latioribus, quandoquidem, sub *Juramenti* definitione, & *Perjuriæ*, quæ tamen opponi sibi invicem debebant, definitum esse, ex illis monstratu haud fuerit difficile. Quod verò Divisiones ejus atinet, varias & pene infinitas illas esse, rectè ait Excell. Dn. SCHOEPPFER *Patronus, Studiorumque nostrorum Promotor, ætatem devenerandus, in Synopsi Jur. Priv. tit. de Jurej. n. 15.* adeoque supervacuum, si non omnino extra spheram institui nostri, erit, de iisdem afferendis multum laborare velle. Enim verò, ne in sublequentibus, de quonam in præsentî Dissertatione nobis sermo sit, fluctuare quis necessum habeat, binis præmittimus, juramentum, *ratione modi deferendi*, esse vel *Extrajudiciale*, vel *Judiciale*. Illud dicimus *Voluntarium*. vid. *L. 17. ff. de Jurej.* Hoc est vel *Judiciale in specie* *L. 12. pr. & §. 1. C. de Reb. Cred. vel Necessarium: L. 3. C. Eod.* Quod *ultimum* iterum est vel *Purgatorium*, vel *Suppletorium*. Reliqua nos non morabuntur, sicut nec in singularum specierum definitione fustori hærebimus, saltem *judiciale in specie*, quod hujus inprimis loci est, sic cum communiori Ddorum scholâ definimus, quod sit: *Juramentum, quod pars parti, in judicio, comprobante judice, ex libera voluntate, desert.* vid. LAUTERB. & cum eò plurimi Dd. ad *tit. ff. de Jurej. tit. §. 6. sq.* aliique longè aliter hunc terminum accipiant, sed eorum speculationes reliquis palmam hæctenus nondum præripuere. MEIER *C. J. A. tit. de Jurej. tb. §.* add. THOMASIVS *ad Huberum d. §. 6.* Ex dictis liquet, nos non loqui de *juramento judiciali, ratione personarum, quibus desertur, tali v. gr. à judice sub initium officii suscepti præstando*, vid. *L. 14. pr. in f. ibi: Et hoc quidem jusjurandum judiciale C. de judic. &c. jung. LAUTERB. in Comm. Maj. ad tit. de jurej. §. 33. & in Compend. Eod. p. m. 175.* Porro & illud in aprico est, *juramentum judiciale non potest dici Voluntarium, nisi eatenus, quod pars volens tantum illud deferat, & ab eò, cui desertur, licitè recusari & referri possit, notante ZIEGLERO ad Lancellor. l. 3. t. 14. §. 37.* quamvis ne posterius quidem sit perpetuum, uti inferius suo locò pluribus præcipimus.

16. §. III. Visò hucusqve *Juramenti* vocabulo, alteram, DELATIONIS, nempe, siccò pede præterire nequeo; Non obsecratoriales, indubium. Inter alios verò, quos habet, significatus, duo sunt extantiores, probe ab invicem separandi. Aliiter enim in *cor. tit. C. de Delatoribus lib. X. juncta L. 2. pr. ff. de Jure Fisci, alibiqve passim*, add. DECIANUS in *Praxi Crim. l. 3. o. 2. n. 3. § 5*, aliter Nobis accipitur. Namqve sicut ibi, *Deferre* idem
17. est ac *Accusare, Denunciare* &c. ita hic, *Deferre juramentum*, nihil aliud est, quàm *Provocare aliquem ad jurandum, Discere jusjurandum, & quasi Necessitatem jurandi alicui facere*; MARTINI *Proc. tit. 18. §. 1. n. 2.* quod in *L. II. § 12. §. 1. C. de Jur. § alibi*; Cuius termino: *Inferre Juramentum, Inferre Sacramentum, ex primiti, & aliàs quoqve Dare jusjurandum* dicitur. Vid. MARTINI *d. n. 2.*
20. §. IV. *Posterius* nunc etiam *Rubri* membrum, vid. *supra n. 2.* spectaturus, quod verbis: *In Causâ Fiscalis Pecuniariâ*; ab
21. solvitur, singula breviter adhuc percurram. Primum est, vocabulum CAUSÆ, cujus variis significationibus missis, vid. LAUTERB. *Comp. ff. tit. de Usuris p. m. 421. § in tit. de Condit. § Demonstr. p. m. 526. sq.* id saltem noto, h. l. per dictam vbeem *Processum* denotari; Hinc *Causâ cadere* nihil aliud est, quàm *in Processu succumbere*. Quoruplex ergo aliàs datur *Processus*, totuplex & *Causâ* rectè asseritur. Sic, quando *Processus* dividitur in *Ordinarium & Summarium*, in *Criminalem & Civilem*, hæc omnia & de *Causâ* prædicare, nil vetat. Unde & in contesto est, *Causam* ulterius, *ratione Subj. Eli Activi* quandoqve in *Fiscalem* vid. PEREZ. in *tit. Cod. ubi causæ Fisciales* &c. *n. 1.* & *Non-Fiscalem*, ac *ratione Finis*: In *Pecuniariam, & Afflictivam Corporis*, rectè dividi. Quæ tamen cum explicatione adhuc indigeant, ad evolutionem residui verborum paris me accingo.
24. §. V. Vox FISCALIS hic se statim offert, in cujus derivationem inquirere jam non vacat, sive enim *Fiscum*, à *fixò*, vid. tamen MEIER. *C. J. d. tit. de J. fisci th. 3.* sive à *fiscis* seu *sporris*, quibus pecuniæ publicæ olim asportari & concludi solebant, HARPR. *ad pr. J. de Hered. que ab intest. n. 498.* MEIER. *d. l. th. 2. FR. DUAREN. dit. de J. Fisci c. 1.* deducas, noltra non adeò inter-

est

est. Sumitur vocabulum *Fisci* multifariam: (1.) Pro Pecuniâ in 25.
Fiscum redactâ, (2.) Pro Personâ, quæ pecuniam in *Fiscum* redactam
 administrat, FR. DUAREN. *ad tit. ff. ex qu. caus. maj. p. m. 140.* (3)
 Pro Locô & Spatiô, in quo commoda *Fisci* Pecuniaria ex multis
 emolumentis, successione in bonis vacantibus &c. quæ fita
 continentur. SCHACHER *Colleg. Pract. in tit. de jure Fisci.*
 MEIER *c. l. th. 5.* Et huc pertinet, quòd (quàm rectè? alii vide 26.
 rint) *Fiscum* aliquibus dici: *Saccum sine conscientia imburstantem*
malè questitæ. ex FR. MARCO tradit FR. NIGER CYRIACUS *Con-*
trov. Forens. lit. Contr. 13. n. 34. (4) Pro Personâ, quæ causas *fisci* 27.
 tractat. L. 2. de *Advoc. fisci.* vid. GAIL. I. *Obs. 90. n. 4.* Posterior 23.
 eque dem acceptio nostræ nunc est considerationis, verùm nisi &
 Priorem (de intermediis non loquor) accuratè habeas perspec-
 ctam, circa illam, ceu huic superstructam, infelicius progredieris.
 Fundamenti itaque locò substernimus, quòd *Fiscus* cum *Er-*
ario Reip. nil quicquam habeat commune; Est enim *Fiscus* Pecunia
Principis Privata; *Erarium* verò Pecunia Publica & *Principatus*
 FR. DUAREN. *ad tit. ff. de J. Fisci c. 1.* (qui tamen in eo labi-
 tur, quòd *Fiscum* ad *Domanium Principis* referat Conf. HOPP.
ad §. 4. J. de Usucap. qv. 26) C. J. A. *Eod. tit. th. 4. add. HARPR. ad pr. J.*
de Hered. qv. ab int. def. n. 499. sq. quamvis nullam hodiè amplius 30.
 inter hæc duo differentiam agnoscat DUAREN. *d. l. & cum eò*
 GAIL. I. *Obs. 20. n. 3.* à quibus nec C. J. A. *d. th. 4.* alienum est,
 Promiscuè, inqviens, *successu temporis hæc duo usurpari cepisse, cum*
utrumq. sit unig Principis: Adductis ad stipulatur ANTON. PEREZ. 31.
 in *Cod. tit. de Jure Fisci, ubi n. 4.* existimat: *Cæpisse hæc confundi, post-*
quam Monarchica prevaluit authoritas, quòd suo loco relinquo: 32.
 nã utut quis vel maxime ex libertate terminis his, per compendiu
 loquendi, tanquam Synonymis uti velit, differentia tamen in se
 spectata nihilominus non potest non manere salva, taceo, quòd
 nec fecus tentientium assertum fore ubique locorū applausum æ-
 què fortiat. His adeò præmonitis ad *Ultimam* seu *Quartam* *Fisci* 33.
 acceptionem, quæ *Persona causas fiscales dirigens* venit, *vid. supra n.*
 27. revertimur. Huic *Persona*, quæ hodierna totius fere Ger- 34.
 manicæ consuetudine ad id, ut publica delicta & crimina acculer,
 constituta est, HARPR. *ad §. 1. J. de Publ. Jud. n. 39.* adeo, ut sine 35.
 illa

- illa non possit fieri *accusatio criminalis*, etiam in *causâ pecuniariâ*,
 MATTH. de AFFLICTIS in lib. 2. Feud. Rubr. 12. v. 9. Privil. 85.
 36. quæ ipsa tamen *accusatio inquisitionis* locum occupat, LYN-
 37. CKER. Resp. 94. num. 85. Jus Civile varia tribuit nomina, quan-
 doquidem dicitur *Curiosus*, *Irenarcha*, *Stationarius*, *Nunciator*,
 uti putat RENNEMANN per *textum* in *Jpr. Rom. Gorm. P. 2. Disp.*
 52. th. 21. lit. 2. allegatos, sed dubio non caret illa sententia, uti ex
 38. GOTHOFER. ad *ad. l.* aliisque colligere licet, Nos eandem cer-
 tius appellamus *Fiscalem*, *Advocatum* conf. *ror. tit. C. de Advoc. fisci*,
 39. aut *Procuratorem Fisci*. Nam licet aliàs *Advocatorum & Procura-*
torum munia planè sint diversa vid. *Dd. in Tit. ff. de Postulando &*
 40. *de Procurator.* nec desint, qui & *Fisci Procuratorem* ab *eius Ad-*
 41. *vocato* separent, vid. GAIL. 1. *Obs. 90. n. 4.* (quod de *Jure Civili*, per
ror. tit. C. Ubi causa fiscales &c. agantur. & tit. de Offic. Procurat. Caf.
 42. vix dubium habere videtur) C. J. A. *tit. de Postul. th. 50. sq.*
 43. ubi de *Procuratore & Advocato Fisci Camere Imperii* in specie vi-
 44. desis; Attamen haud semel observaveris, confusis hæc nomi-
 nibus; unum eundemque utroque *hodie* detungi officio. A
 CHASSANEO in *Consuetud. Burgund. tit. de Confisc. Rubr. 2.* descri-
 bitur *Fiscalis*, quod sit: *Vir parum placidus, omnibus in visus,*
 45. *parum aut nihil æquitatis in se habens*: Quod, præcipuè quoad
posterius membrum, oppidò falsum est, quousque ille, juxta men-
 suram *L. pen. C. de Advoc. Fisci*, incedit, nam sicut aliàs, ita hîc
 quoque considerandum, non qualis quis quandoque sit, sed
 qualis esse debeat: unde non incongruè illud FR. NIGRI CZ-
 RIACI *Controv. For. l. 1. Contr. 13. n. 80.* in aliò quamvis calu-
 46. *Mali Procuratores fisci faciunt, ut boni patiantur*, inq̄uentis, hîc ap-
 plicaveris, add. omninò JUST. OLDEKOP. *Obs. Crim. 4. Tit. 1. n. 2.*
Priora verò sunt officii, quod gerit, proh! dolor;
 consecutiva: Ea enim mortalium nostro seculo est indoles, ut
 illos, quibus promeritas legem transgressi pœnas luere tenen-
 tur, internecino prosequantur odio, & parum placidos illos di-
 cant, qui delicta promptè vindicant. Quâ in parte cum & ipsi
 Principes à calumniis malefactorum rarius tuti sint, quid mi-
 rum, quòd in eorum Officiales tela adhuc multò vibrent libe-
 47. rius? Quibusnam jus, *Fiscum habendi*, & conseqventer *Fiscus*
 lern

lem constituendi, competat? hic non tam disquirimus, quam potius præsupponimus, vid. interim SCHACHER, Colleg. Pract. tit. de jure Fisci, Excell. Dn. SCHOEPPFER, Syn. Jur. Priv. Eod. tit. n. 1. § 99. Varia verò Advocati Fisci qui scire avert Privilegia, adeat PEREGRINUM de Jure Fisci l. 7. tit. 7. THOLOSAN. Syn. Jur. l. 49. c. 8. n. 37. BRUNNEM. ad Tit. Cod. de Advoc. Divers. Judicior. MATTH. de AFFLICTIS ad 2. Feud. Rubr. 12. ubi XCI. recenset, & n. 10. adhuc ad alios se refert, C. J. A. tit. de jure fisci rb. 34.

48.

§. VI. Agmen denique in Rubro claudit verbum PECUNIARIA, quod cum nulla labore obscuritate, & ex superiori- bus, vid. n. 23. supra, constet, Causam Pecuniariam contradistingvi Corporis Afflictiva, vix est quod addamus, nisi hoc unicum, quod Causa Pecuniaria dicatur, quâ, ad Penam Pecuniariam, Corporis Afflictiva è contra, quâ, ad Penam Corporis Afflictivam, Reo seu Accusato vel Inquisito infligendam, agitur.

50.

§. VII. Ad meliorem hætenus dictorum explicationem, Rubricæ nostræ intellectu, Casum Disputationis hujus, exempli saltem loco nunc formo sequentem in modum: Fiscalis SERENIS- SIMI NOSTRI convenit Titium in puncto venationis, vel contra totalem PRINCIPIS prohibitionem, vel certo saltem tempore circumscriptam, exercitæ, ob cervum globulo percussum, (idem est in puncto Duelli commissi &c.) ad penam 1000. thalerorum. At Verò, cum factum negante Inquisito, Fiscalis probationibus aliis sufficientibus destitutus sit, aut denunciante nominare nolit, quæritur: An Fiscalis Inquisito juramentum de super deferre possit?

51.

CAPUT II.

RATIONES DUBITANDI, SEU PRO SENTENTIA NEGATIVA FACIENTES, RECENSET.

SUMMARIA.

R. Rationes Sententiæ Negativæ quotuplices? n. 1. § 4.
B. Probatio

Probatio per Juramentum qualis § 3. Non facile ad jus-
 jurandum descendendum est 4. sqq. Presumptio inno-
 centia excludit juramentum 7. sq. Cujus rationem vide 9.
 Actor probare semper debet 10. Quare Rei partes in jure
 sint favorabiles quam Actoris § 11. Juramentum an-
 ceptum est remedium 12. Multi in causis licet justissimis illu-
 lud averfando injuriam pati malunt 13. sqq. Plures ad ju-
 randum nimis faciles sunt 17. Metus perjurii impedit ju-
 ramenti delationem 18. Undenam hic exurgat? 19. sq.
 Pracludenda perjuriis via est 21. Sciens perjurium pro-
 vocans homicidam peior audit 22. sq. Poene Pecuniarie Fi-
 scales ad quasnam Causas pertineant? Jure Saxon. 25.
 Civili 26. Causa Criminales quotupliciter intententur? 27.
 sqq. Criminales Criminaliter instituta qua? 30. Qua
 Civiliter? 31. In Criminalibus quales requirantur pro-
 bationes? 32. Hinc delationi juramenti locus ibi esse ne-
 quit Ibid. Licet ad poenam corporis non agatur 33. Quod
 consensu & exemplo Veterum firmatur 34. sq. Publica
 utilitas juramentum Causis Criminalibus intervenire non
 patitur 36. Rationem vid. 37. sq. Nec commodo Actoris
 ad probationem faciendam in Criminalibus deferri potest
 39. sq. Inquisitus absq. juramento dimittendus, si agen-
 tis intentio aequaliter redditur dubia 41. sq. An Actor de
 Veritate, Reus autem de Credulitate in Criminalibus jurare
 teneatur? vid. 43. sqq. Juramentum in Causis Civilibus
 magnis & gravibus locum non invenit 46. Quare hoc? 47.
 Exempli loco adducitur Actio Injuriarum Astimatoria,
 uti pronunciarunt Jcti Lipsenses 48. De Criminali agitur
 remissive 49. Juramenti delatio in Causis Famosis non ad-
 mittitur 51. sq. Limitationem vid. 53. Personam honestam
 juramento onerare velle res mali exempli est 54. Jura-
 mento

PRO SENTENT. NEGAT. FACIENTES RECENSET. II

mentum delatum aliis probationibus declinari potest 55. §qq.
 An & relatum & remissivè 58. Juramentum de factò, quod
 nemo vidit, locum demum habet 59. §qq. Quousq. ni-
 hil probatum est, juramentum deferri nequit 62. §q. A
 Juramento Suppletorio ad Judiciale non valet argumentum
 64. §q. Sensus L. 3. §. 1. ff. de jurejur. quis 66. Juramentum
 est Species Tortura 67. A Tormentis in veritatis indaga-
 tione initium fieri non debet 68. Reus ad propria turpitu-
 dinis confessionem cogendus non est 69. §qq. Actor & Reus
 ad imparia non sunt judicandi 72. §q. Actore probante Reus
 simpliciter condemnandus 73. In dubio contra Fiscum est
 pronuntiandum 76. Quando hoc procedat 77. Quan-
 do non 78. Fiscus quando jure privatorum utatur 79.
 Referrì juramentum Fiscali ab Inquisitò nequit 80. Ratio-
 nem vid. 81. An deferri juramentum queat, quod referrì
 non potest 82. An Fisci a Juramento Calumnia sine
 immunes 83. §qq. & imprimis num. 87. An de jure Civili 88.
 Canonico 89. Quid de Praxi dicendum 90. §qq.
 Quoad Fiscì Advocatum in Camera Imper. 95. Et reli-
 quorum Imperii Statutum d. n. 91. §qq. 96. De Praxi Se-
 natus Mantuani & Montisferratenfis vid. 97. De Praxi
 Portugalli 98. An consultum remitti Fiscalibus in totum
 Calumnia juramentum 99. Advocatus Fiscì litis calumnia-
 ose alteri motè expensas de suis refundit 100. Quod decla-
 ratur num. 101. seqq. Imò aliis calumniatoribus gravius
 puniendus est 104. Quid de Jure Rom. h. c. juris 105. Fis-
 scales Processus sunt Summarij 106. Juramentum extra Pro-
 cessum Ordinarium non habet locum 107. Jusjurandum
 Transactionis species est 108. Transactio inter quos fiat 109.
 Objectum ejus quoddam 110. Conclusio, num. ult.

S. I.

Negativam sententiam suis non destitui ratio-
nibus, iisque adeo probabilibus, ut, non unum in
Foro quoque iisdem inhære, deprehenderis,
in presenti Cap. deduxisse, operæ pretium erit.
De quibus in genere sic dicendum, quod sint
vel Communes, vel Propriae, i. e. quæ vel ad alias quoque Causas,
Non-Fiscales puta, applicari possunt, vel quæ Fiscales in specie at-
tingunt. Illarum potiores primò loco recentebimus, de His
inferius, vid. §. 8. sqq., visuri.

- §. II. Ad Communes ergo refero, quod (I.) Juramento, ceu
subsidiarie saltem, extraordinaria & exorbitanti probationi, imò
non tam probationi, quàm à probando relevationi & exonerationi,
CARPZ, P. I. C. 12. D. 31. n. 7. necnon L. 3. tit. 5. Resp. 44. n. 31.
GOTHMANN. Vol. 2. Resp. 82. n. 36. locus non statim dandus
videatur, quandoquidem ad delationem juramenti non debe-
bamus esse proni, CONSIL. MARPURG. Vol. 4. Conf. 32.
n. 274. per L. 13. §. 6. in f. ff. de Jurej. & cap. 2. X. de probat.
nec Jusjurandum temerè deterendum, imò, quatenus fieri
potest, evitandum erat; COTHM. d. Resp. 82. n. 20. ita ut rectè
conquestus videatur OLDENDORP. Class. 1. Ab. 9. p. m. 105.
Testationibus Divini Nominis tam stultè multos abuti, ut nullam
propemodum causam agant, NB. etiamsi testes aut instrumenta
habeant, quin malint juramentum, horrendo exemplo, deserre,
eùm tamen, non ut cibò, sed ut condimentis, iurijurandi religionem
juxta præceptum Dei, ad necessitatem, uti oporteret. Ex quibus (II.)
inferri poterat, quòd, quousque pars præsumptione aliqua sit mu-
nita, eò usque juramenti præstatione gravanda haud sit. Negari
verò nequit, quod omnis Reus, imò quilibet in genere præ-
sumtionem bonitatis pro se habeat, quæ non simplex, sed juris
quoque est, cum nemo delinquere præsumatur L. 51. pr. ff. pro
Socio. CÆPOLLACONSIL. Inum. 9. Sed potius agenti incumbat Pro-
batio L. 2. ff. de Prob. Et non inanis fortè conjectura est, ex hòc ipso
fundamentò fluere, quòd jura nostra, in dubiò magis Reo, quàm
Actori favendum, inculcent, & quòd Judex ad absolvendum pro-
nior

PRO SENTENT. NEGAT. FACIENTES RECENS. 13

nior esse jubeatur, quàm ad condemnandum. vid. RICHTER. Vol. 1. P. 5. Confil. 8. n. 44. sq. BERLICH. Praët. Concl. P. 1. Concl. 29. n. 33. Conf. BRUNN. ad L. 31. ff. de Jurej. n. 3.

§. III. (III.) Quod Juramentum sit remedium admodum anceps, quippe cum multi & hic in defectu, plures in excessu peccent. Illi jure suo cedere, sibiqve ipsis præjudicare nulli dubitant, dummodo ad Juramenti præstatione, in causâ quavis justiffimâ, non adstringantur; COLER. de Process. Execut. P. 3. c. 2. n. 15. Reperiuntur enim nonnulli adeò timidi ac superstitiosi, ut malint injuriam pati, quam jurare, exemplo Chinie illius Pythagorei, cujus BASILIUS meminit. add. FR. DUARENUS in tit. de Jurej. c. 2. quod JCtus ULPIANUS in L. 8. pr. ff. de Condit. Instit. in terminis eleganter ita exprimit: *Multi ad jurandum metu Divini Numinis usque ad superstitionem timidi sunt.* Et Imp. JUSTINIANUS in L. 21. C. de fide instrum. ait: *Neque enim ulterius panam produci contra eos, qui non juraverint, volumus, cum forsitan quidam, subtili reverentiâ tenet, nec verum sacramentum præstare patiuntur.* Jung. CONSIL. ALTDORF. P. 1. Resp. 48. num. 57.

Quia verò, & in Excessu multos etiam peccare, modò dictum, idqve ipse ULPIANUS, in d. L. 8. pr. ibi: *Cum enim faciles sint nonnulli hominum ad Jurandum contentum religionis, satis confirmet, hinc nova, & quidem (IV) exurgit Ratio, nimirum quod ob factum perjurii locus Juramento h. c. esse non possit.* Si enim non vanus Perjurii metus ibi emergit, ubi de non exigua pecunie summa est quaestio, teste RICHTERO Vol. 1. P. 2. Confil. 15. n. 84. sq. certe nec in nostro casu ille planè nullus erit, ubi in pœnalibus versamur, maxime cum à verò non adeò dissimile sit, Inquisitionum, qui nocens semel negavit delictum, idem & jurato negaturum esse, BERLICH. Praët. Concl. P. 1. Concl. 29. num. 34.

Omnis autem perjurii committendi occasio, summa cum sollicitudine, debeat præcidi, BERLICH d. l. CONSIL. MARPURG. Vol. 4. Confil. 32. n. 220. usq; a deo, ut Homicida peior in jure Cæcilius, tamen urger. Vid. Can. ille, qui hominem 12. q. 5. Satius enim, inquit, BRUNN. ad L. 6. ff. de Jurej. n. 7. est, jurare parato remittere

mittere iuramentum quam homicidium committere, & animam occidere; facilius iactura pecuniae, quam conscientiae, & quid tandem lucri, si ad veritatem cum perjurio absolvatur?

- §. IV. Porro (V.) & *Causa Qualitas* Juramenti delationem excludere videtur: Nam, quavis *Pœna Pecuniaria Fiscoles* Jure *Saxonico* regulariter *Causis Civilibus* accenseantur, MARTINI *Proc. ad Rubr. n. 6.* Dn. MENCKE *ICTus Lipsienfis in Differ. Jur. Comm. & Saxon.* HUBERI *Praelectionibus novissime juris* *Elis n. 231.* tunc tamen est de *Jure Civili*, quod easdem ad *Criminales Causas* refert. COTHMAN, *Resp. Acad. 2. n. 9. & 10.* CARPZ, *Pr. Crim. P. 3. qv. 102.* (ubi in significatum vocabuli *Deinlich* in *Constitutione Carolinâ*, aliisque *Imperij Legibus* saepius occurrentis, inquirat *num. 31. (qq.) n. 48. & multis* *sqq.* MARTINI *di l. HUBER, in Praelect. ad ff. tit. de* *Judic. §. 29.* LYNCKER, *Resp. 94. n. 43. sq.* Criminaliter enim tunc agitur, quando concluditur ad *Pœnam Fisco applicandam*, eamque vel *Corporalem*, vel *Pecuniariam*, uti in *Actione Injuriarum* in specie pronunciant *JCI ARGENTORATENSES Vol. 2. Cons. 77. n. 2. sq.* Quam *Causarum diversitatem* clarius ad oculos demonstrat DAMHOUDER, *in Praxi Rer. Crim. c. 2. n. 1. seqq.* cujus verba huc transtulisse non pigebit, sunt verò sequentia: *Criminalium Judicio*rum alia *Criminaliter* intentantur, alia *Civiliter*. *Judicia Criminalia Criminaliter* intentata sunt, in quibus tractatur de *Crimine Capitali* seu *pœnâ ultimi supplicii*, nempe decollationis, suspendii, incendi, mutilationis aut amputationis membri, sectionis, exilii aut alterius, cujuscunque *magna corporalis punitionis*. *Judicia verò Criminalia Civiliter* intentata sunt, in quibus non agitur de *capitali crimine*, sed de *multis* *duntaxat b. e. emendâ pecuniariâ*, aliave *civili animadversione* simili. Hactenus ille. De *Criminalibus* autem *Causis* constat, quòd in illis probationes luce meridianâ clariores requirantur, per *L. fin. C. de Probat.* CARPZ, *P. 1. C. 12. D. 31. n. 6. sq. & Dec. 231. n. 9. sqq.* BRUNN, *in Proc. Civ. cap. 23. n. 28.* qualis non est *Delatio Juramenti*. *Dictis (VI.)* lucem foeneratur *JCorum Jenensium Decisum Anno, 1695, m. Julio datum*, quod habes ap.

LIT.

LYNCKERUM in *Decis. Jenens. Vol. Decis. 127.* ubi calculus illorum eò redit, quòd in *Persecutionibus Delictorum* Juramentum Judiciale non habeat locum, etiamsi ad *pœnam corporis* non agatur. Accedit (VII.) quòd non reperitur exemplum delati apud Veteres in *Criminali judicio* Jurisjurandi, HILLIG. ad *Donell. lib. 24. cap. 17. in Not. lit. J.* saltem quòd is decideretur, teste FR. DUARENÒ in *tit. ff. de Jurejur. cap. 9.*

§. V. Imò (IIX.) *Publica utilitas* exigere videtur, ne per Jusjurandum decendantur *Cause Criminales*, sed potius certà hic opus est probatione, quia ad vindictam publicam agitur, HILLIG. *d. lit. I.* ut fit in *judiciò quòcunqve Criminali.* DUARENUS, *d. Cap. 9.* Quòd eò magis confirmatur (IX.) per tradita COTHMANNI *Vol. 1. Conf. 82. num. 92.* volentis; In *Actionibus Criminalibus* Juramentum, *commodo Actoris*, ad probationem faciendam, deferri non posse. Cùm enim Juramentum à *Fiscali* omninò probationis locò deferatur, & *in super publico* hâc ipsâ *Actione* quærat *ur commodum*, juramenti delationem *hoc casu* non obtinere, dicendum videtur cum COLERO *Dec. 141. num. 8.* Ratio (X.) Juramenti exclusiva exinde desumi potest, quòd, quoties probatio vel intentio Actoris in *Criminalibus* qualitercunqve redditur dubia, *toties* hoc pro plenâ *Inquisiti* absolutione sufficere debeat, licet is nihil præstiterit, WESENB. *P. 7. Conf. 351. n. 152.* adeòqve, cùm *Fiscales*, à præstatione Juramenti *Calumnix* sese immunes esse, strenuè contendendò, vid. *inferius num. 83. & mult. sqq.* non infimam, pro renatâ, quandoq; incurrant *malæ causæ* suspicionem, concludendum planè videtur, non teneri *Inquisitum*, delatum à *Fiscali* Juramentum suscipere, sed nihilominus illum ab *Actione* motâ penitus esse absolvendum. Nescio, an (XI.) huc trahi possit doctrina SCACCIE, in *Tr. de Judic. l. 2. c. 1. n. 158.* allata, quòd *Actor* in *Causa Criminali* semper de *Veritate*, *Reus* verò de *Credulitate* tantùm jurare debeat. Quòd si hæc rectè se habet, salva res est. Si enim *primus* species, Actoris, puta *Fiscali.* & *in nostro casu* juramentum super delicti veritate adjudicandum esse, apparet: Sin *posterior*, sed *non*, finem haud obtinebit *Fiscalis*, non de *credulitate*, sed *veritate*.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

- veritate facti non commissi, jurari sibi volens. Ea, quæ de
 cessatione juramenti in Criminalibus hæcenus deducta sunt, eò
 46. minus apud quenquam relinquunt dubii, quò certius (XII) est, in
Causis quoq; *Civilibus magnis & gravibus* ne quidem regulariter
 juramento locum esse: vid. RICHTER. *Vol. 1. P. 2. Conf. 11. n. 82.*
 COTHM. *Vol. 2. Resp. 82. n. 53. sq.* cujus ratione ex parte in eo consti-
 tuunt, quòd ob præjudicii gravitatē Criminalibus æquiparentur,
 47. in quibus tamen Juramentū, vid. *supra num. 31. sqq.* deferri nequit.
 48. RICHTER. *cit. loc. n. 83. & 84.* BRUNN. *Pr. Civ. c. 13. n. 28.* Hinc,
 ne in *Actione* quidem *Injuriarum Æstimatoriæ* seu *civiliter* inten-
 49. rata (ut *Criminalem* nunc taceam, quæ de CARPZ. *L. 3. Tit. 5.*
Resp. 4. p. videri poterit; Cujus tamen Speciem, *Actionem ad Pal-*
inodiam & Penam arbitrariam simul imponendam tendentem,
 cum *Bohem d. Resp. n. 25. sqq.* asserere non possumus, cum prior
 magis sit *Rei Persecutoria*, Excell. Dn. SCHÖPPFER. *cit. de Injur.*
n. 47. nisi ad *Saxoniæ* saltem restringere CARPZOVIVM velis.
 HOPP. *in Usu Hod. ad §. 7. f. de Injur. in med. p. m. 794.* Juramen-
 tum Reo deferri, ejusque conscientia Actionem committi
 posse, respondit *FCtas Juridica Lipsiensis Ao. 1637. in causâ Ma-*
lachie Stugens/ contra D. G. E. M. referente CARPZ. d. Resp. 44.
n. 4. sqq. add. COTHMAN. *Vol. 2. Resp. 82. n. 103.*
50. §. VI. Nec negligendum hæc erit (XIII.) quod infamia fortè
 foret metuenda, BRUNN. *Proc. Civ. d. num. 28.* Juramenti ve-
 51. rò delatio, teste CARPZ. *P. I. C. 12. D. 31. n. 4. & Pr. Crim. P. 2.*
qu. 95. n. 69. in *Causis Famosis* non admittatur, vid. MASCARD. *de*
 52. *Probac. Vol. 1. qu. 9. n. 36. sq.* (quod exemplò *Actionis Depositi* ex
 capite doli & perfidia declarat CARPZ. *d. Def. 31.*) aut si tandem
 53. in *criminalibus* aut *famosis* locum quandoque habeat juramen-
 tum, limitatio tamen perpetua esse solet: *Non in iis quæ talibus*
 juramentum procedere, sed quando ex *Crimine* aut *Delictò*
 vel *Deposito* similive contractu agitur *ad restitutionem rei, nullâ*
 54. *pæna aut infamia factâ* mentione, STRUV. *S. J. C. Ex. 17. th. 39.*
ibid. alleg. (XIV.) Et hoc probè considerandum, quod iniquum
 sit pessimique res exempli, eò redigere personam honestam,
 ut omninò vel jurare, vel existimationis sinistra periculum su-
 bite

bire cogatur. CARPZ. *d. Lib. 3. tit. 5. Resp. 74. n. 8. § 29.* Idque
 eò magis asserendum videtur, quò certius (XV) est, quòd
 nemo invitus jurare teneatur, si quâcunque aliâ ratione inten- 55a
 tionem suam probare valeat, per text. expr. in *Cap. 2. X. de Pro-*
bat. BRUNN ad L. 9. C. de R. C. n. 20 sq. & ad L. 12. C. Eod. n. 30.
Zael. ad ff. tit. de Jurej. n. 41. CARPZ. L. 3. T. 5. Resp. 50. n. 4. MAR-
TINI Proc. tit. 19. §. 1. n. 2. §. 7. MEV. P. 6. Dec. 166. RENNEMAN.
Jpr. Rom. Germ. Disp. 29. tit. 44. BRUNN: Proc. Civ. c. 23. n. 14. &
Consil. 73. n. 9. quod non de Judiciali saltem, sed & de Purgato- 56.
riò juramentò verum esse ibid. dicit n. 10. & ad L. 30. ff. de Jurej. n. 3.
MARTINI Proc. d. l. n. 18. Unde & apud Germanos invaluit lo- 57.
cutio: sein Gewissen mit Beweis vertreten. Excell. Dn. 58.
STRYCK Intr. ad Prax. For. c. 20. §. 8. Utrum hoc beneficium
& Actòri, relatò eidem juramentò, competat, hìc sub in-
cudem non revocabimus, freti, quod Reo, cui delatum est ju-
ramentum, illud haud denegetur. Vid. interim BRUNN. ad L. 59.
9. C. de Jurej. n. 22. §. 9. Illud (XVI.) quoque juramenti dela-
tioni, in casu, sub fin. preced. cap. formatò, non parum repugnat,
 quòd ibidem verba: *Aut denunciante nominare nolit: inferimus;* 60.
 Cùm enim, quando verisimiliter testes haberi possunt, ad jura-
 mentum confugiendum haud fit, STEPH. GRAT. ROMANUS
Decis. Rotæ Prov. Ma. ch. Tom. 6. Dec. 36. n. 2. & eidem tum demum ipsa 61.
Lex Divina consueat, si de factò, quod nemo viderit, atque a-
dedò probari non possit, litigetur, uti cum STRIGELIO ex Exo-
di XXII. 10. & 11. infert COTHMANN. Vol. 2. Resp. 82. n. 19. non
 exiguum Negativæ Sententiæ momentum accedere videtur.
 Ratio (XVII.) hæc esse potest, quòd jurare non debeat cogi, 62.
 advertus quem nihil hæcenus est probatum. Cujus asserti Pa- 63.
 tronus non ultimus est COTHMANNUS *d. Resp. 82. per tot. ad-*
modum sollicitè illud suffulciens, quamvis & UMMIUS in Proc.
Disp. 14. n. 41. aliquos nominet, qui & in judicis se olim obtri-
nuisse testantur. Add. & MEVIUS Cons. 103. n. 111. & P. 3. Dec.
10. n. 7. & P. 6. Dec. 405. Plures qui evolvere cupit, adeat Excell.
Dn. SCHOEPFFERI Disp. de Juram. Judic. sine probatione delato
Cap. 1. n. 1. §. 99.

§. VII. Equè parum verò (XIX) pro Fiscali in nostrò ca- 64.
 su verbum facientibus patrocinator argumentum à Juramentò
 C
 Sup-

- Suppletorio ad Judiciale deductum, si nimirum de penâ pecuniaria irrogandâ tantum agatur, vid. FABER. *ad Cod. l. 4. tit. 1. Def. 42.*
65. quippe cum diverſitatis ratio inter utrumque caſum aperta tatis ſit, ſiquidem prius deſerat *Actori Judex* ob defectum aliarum probationum, poſterius autem *Actor* ſeu *Fiscalis Reo* ex libera voluntate. Ac (XIX.) *L. 3. §. 1. ff. de Jurej.* iisdem proficere poterit. Non enim illâ evincitur, quod quis in pœnali actione ad jurandum ſtatim compelli poſſit, de quò nobis eſt quæſtio, ſed tantum, quòd, quâcuqve quis conveniatur Actione, ſi juraverit, juſjurandum ei proſit. Adeò ut, his non obſtantibus, dicta theſis firmo adhuc nitatur talo. Quod nunc ulterius ex eò patet, quòd (XX.) *Juramentum & Torturæ ſpecies* ſit. Superius enim, vid. *Cap. 1. n. 4.* jam monuimus, *Torturæ*, & quidem cum additò, *Spituali*, nomen eidem tribui. Expreſſò autem jure cautum eſt, quòd initium ad inveſtigandam veritatem à tormentis fieri non debeat, ſed argumentis primùm veriſimilibus probabilibusqve utendum ſit. vid. *L. 8. §. 1. C. de Quæſt.* Nec ſanè (XXI.) *Reus* uſqve eò ad incitas redigendus videtur, ut propriam confiteri turpitudinem cogatur, COLER, *Dec. 141. n. 10.* quandoquidem probationes non de domò Rei ſunt ſumendæ, FACHIN, *Controv. l. 1. c. 19.* nec propriò quis jugulandus eſt gladiò, Excell. *Dn. SCHOEPFFER. in rit. ff. de Edendo n. 10. in f.* quod tamen fieret, ſi *Reus* Juramentum ſubire neceſſariò deberet. (XXII.) Inter *Actorem* & *Reum* tanta diſparitas toleranda non videtur, ut ad imparia planè obligentur, quin potius in judicii proportio æqualis & arithmetica obſervanda venit. De *Actore* autem conſtat, quòd, illò probante, *Reus* ſit condemnandus, neqve ad juſjurandum amplius compelli *Actor* poſſit per *Cap. 2. X. de Probat.*
74. MEV. P. 3. *Dec. 260.* Unde, negativè etiam procedat argumentum, neceſſe erit, quòd ſc. *Actore* non probante *Reus* abſolvendus ſit, neq; ad *Juſjurandum* pateat recurſus vid. *Cap. ſin. X. de Jurej. l. 4. C. de Edendo* ibi: *Eriſimil ipſe præſtat.* add. *FR. BURSATUS Lib. 3. Conſ. 316. n. 4. & Conſ. 275. n. 1. COTHM. cit. Reſp. 82. n. 57.*
- S. VIII. Jungendæ nunc erunt *Rationibus Sententiæ*
75. *Negativæ Communibus*, & *Propriæ*, vid. *num. 2. huj. Cap. in quibus*

tamen afferendis si parcius aliquantulum fuero, materiæ digni-
tati nihil decedet. Potiores interim non reticebo, quorum
refero (XXIII.) quod decantata Juris sit Regula: In dubio con- 76.
tra Fiscum esse pronunciandum per text. expr. *L. 10. ff. de f. fisci*
maximè ubi Fiscus agit de lucrò, & ad pœnas ex delictis conle- 77.
quendas, BRUN. *Conf. 76. n. 62. & ad d. L. 10. GOTHOPR. ibid.*
lit. II. GAIL. 2. Obs. 86. n. 7. sq. GYLMANN. Symphorem, Tom.
4. P. 1. Vol. 53. num. 38. sqq. RICHTER. ad tit. Decret. de Pro-
bat. c. 3. n. 66. BURSATUS l. 2. Conf. 140. num. 5. KLOCK. Tom 3. 78
Conf. 135. n. 75. licet secus sit, si ex causâ onerosâ agat, BRUNN.
ad l. 1. C. de f. fisci n. 8. vel de damnò certer; Id. d. l. n. 11. Fiscalis
ergo ceu Actor, cui incumbit probatio, nec nostrò casutan-
tum favoris merebitur, ut probandi opus in adversarium de- 79.
volvere, pro lubitu, eidem liceat; nam ubi Fiscus non in specie
reperitur privilegiatus, ibi Jure privatorum utitur, ex unanimi
Dd. consensu. *Conf. KLOCK. de Erario l. 2. Cap. 136. n. 43. (XXIV.)*
Quod Juramentum Fiscali referri non possit; Absolutum enim 80.
foret, eidem Juramentum, super factò propriò nobis delatum,
referre velle: Cùm, quovis detereus veritatem ignorat, quam 81.
tamen scit is, cui defertur, toties, ne rei veritas in tenebris late-
scat, delatum jusjurandum præcitè præstandum sit, MENOCH.
A. J. Q. Cas. 189. n. 7. adeoque cùm referri non possit, nec de- 82.
lacioni locus videtur dandus, nam & Leges, de tali Juramentò
loquentes, plerumq; cum delatione & relationem conjungunt,
atque ita respondit NATTA *Consil. 35. quod ipsum infiniti textus*
confirmant, quos adduxisse prolixum nimis foret, vid. saltem
L. 34. pr. ff. de Jurej. & L. 38. Eod.

S. IX. (XXV.) Quod Fiscales à Calumniæ juramentò sint 83.
immunes. Litem iis desuper quidem movent permulti Ddruum,
qui in contrariâ hærent sententiâ, quorum nec rationes nec no-
mina huc congestisse vacat, si quis autem utrisque delectetur,
evolvat FR. NIGR. CYRIACUM *lib. 1. Controv. For. 13. ubi Du-* 84.
bitandi, Decidendi & Refutandi rationes suppetunt. Enim-
verò, si dicendum quod res est, hujus sententiæ Patroni duas
apertè confundunt quæstiones: (1.) *An hodierni Principum Fisca-* 85.
les,

- les, urgente adversariò, jurare de calumniâ, eg. ac alii Actores, teneantur? Et (2.) An consultum sit, hoc juramentum Fiscalibus in totum remitti? Prius quod attinet, si ad veritas tum juramentum jam sub initium officii suscepti ab ipsis præstitum, tum qualitatem personæ, & officii necessitatem, calumniæ conjecturam excludentes, GAIL. 1. *Obs.* 90. tum etiam Principum, quâ hodiè præprimis gaudent, potestatem, non tantum ab omni calumniâ alieni præsumendi sunt, sed & inane profusum erit, calumniæ Juramentum illis extorquere velle. Non evidenti de Jure Civili id assertum eo, de quò videri possunt Excell. Dn. STRYCK. de *Cautel. Juram.* P. 2. S. 2. c. 4. n. 93. sqq. § 103. J. S. STRYCK. de *Juram. Melet.* s. c. 1. §. 11. LAUTERB. in *Comm. Maj. tit. de Jurej.* §. 83. SURDUS Dec. 18. n. 1. sqq. GAIL. d. *Obs.* 90.
87. Neque, de Jure Canonico si quis ita pronunciare velit, litem statim meam facio, per ea quæ tradit LAUTERB. in *Concl. Theoret. Pr. Ex.* 10. *Concl.* 3. add. LYNCKER. ad *Struv.* S. J. C. *tit. de J. fise*
88. *ib. ult. aliq.* Attamen, si dictorum jurium dispositioni Praxin (exceptò Camera Fiscalis) quoque conformem cum LYNCKERO *cit. loc.* dicere, quis audeat, assentiri eidem haud possumus.
89. Rectè enim respondet MARTINI ad O. J. S. *tit.* 18. §. 6. n. 23. 35. sqq. & in primis n. 37. Alios quidem ad Procuratorem Fisci Cæsarei restringere hoc velle, sed postquam omnia, quæ in Jure Civili Principi adscribuntur, & Statibus Imperii hodiè sine communia, his non
90. facile id persuasum iri. Et BRUNN. *Cent.* 1. Dec. 97. item ad L. 5. ff. de his quæ ut indign. n. 11. ibi: Sed id in Territoriis Principum vix
91. persuadebitur. Quibus jungo STEPH. GRAT. ROMANVM *Discept. For.* Tom. 2. cap. 208. n. 27. Fisci Advocatum de consuetudine non jurare de calumniâ, inquentem, quia ex necessitate officii ab
92. illâ videatur excusatus; Maximè si Magistratus contra subditum & quidem ex officio agit. MERCKELBACH. ap. *Klock.* Tom. 3. *Conf.* 191. n. 39. sqq. Non amplius ergo his immoramur, sed, cum Praxin Cameralem, quoad ejus Advocatum Fisci indubium vix quispiam vocaturus sit, vid. RUTGER. ROLANDUS de *Commiss.*
93. P. 1. l. 2. c. 14. n. 102. & P. 4. l. 6. c. 10. membr. 4. n. 20. Reliquis autem Imperii nostri Statibus verbum hic ulterius loqui velle, per modò dicta, super-

PRO. SENTENT. NEGAT. FACIENTES RECENS. 23

supervacuum esset, add. GAIL. 1. *Obs.* 90. num. 3. § 6. RHETZ.
in Comm. Jur. Feud. ad L. 1. Tit. 4. s. 1. num. 5. Excell. Dn. STRYCK *Disp.*
de Usu Juram. in Judic. §. 32. in f. qvæ deinceps *Usui Moderno Pande-*
ctarum est inserta; Hoc unicum tantum addimus, quod Praxis 97.
Senatus Mantuani & Montisferratenfis, attestantibus HILLIG.
ad Donell. l. 24. c. 3. lit. L. & SURDO Dec. 18. n. 10. nec non Praxis 98.
Portugallie vid. CABEDO *Dec. Supr. Senat. Lusit. P. 2. Dec. 119. n. 22.*
 eodem redeat. Alia verò est quæstio: vid. num. 86. *An consul-* 99.
tum sit, hoc juramentum Fiscalibus in totum remitti? Quæ hujus
 loci non est, communiter tamen negari solet à Ddribus, quo-
 rum rationes fusius congeffit MARTINI *d. §. 6. n. 39. sqq.* iung.
 J. S. STRYCK *de Juram. Melet. s. c. 1. §. 11. & c. 2. §. 20.* HARPER. *ad*
§. 1. J. de pen. rem. litig. n. 43. sqq. Hoc interim firmum cer- 100
 tumque est, Advocatum Fisci, si calumniosam litem eundem in-
 tendisse, ex postfactò emergat, de propriis bonis expensas resti-
 tuere debere. BRUNN. *ad L. 3. C. de Advoc. fisci n. 3.* SORDUS *d. Dec.*
18. n. 4. PEREGRINUS *de Jure fisci l. 7. t. 2. n. 7.* modò de veritate 101
 calumniæ manifestè appareat, nec ea tantum sit præsumta, BRUN.
ad L. 4. C. de Fruct. & lit. expens. n. 4. h. c. modò, sine probabili cau- 102
 sâ, aliquem divexet, VIVIVS *L. 3. Dec. 479. n. 3.* THOM. GRAM-
 MAT. *Dec. 60. n. 21.* JOSEPH. LUDOVICI *Dec. Lucens. 1. n. 33.*
 BOERUS *Dec. 324.* GRAVETTA *Cons. 163. n. 10.* atque iraus, do- 103
 lus aut calumnia in Procuratore Fisci detegatur & vincatur,
 BATTANDIER *Causar. Crim. Pr. Reg. 37. n. 10. sq.* Imò si in calu- 104
 mniâ deprehendatur, aliis calumniatoribus gravius illum puni-
 endum esse contendit BRUN. *ad L. 5. ff. de his quib. ut ind. n. 12. &*
13. eò, quòd sancto officio ad affectus suos ira abusus sit, sicut & 105
 Jure Romano vivi-comburitò h. c. mulctabatur per *L. 9. C. ubi cause*
fiscales. add. omnino JUST. OLDEKOP. *Tit. 1. Obs. Crim. 4. n. 2.*
 §. X. (XXVI.) Quòd Processus Fiscales sint Summarii. His 106
 enim terminandis 6. menses tantum tribuuntur *L. ult. C. de Jure*
fisc. CUJAC. *de Div. temp. prescript. c. 18.* unde *Causa Fisci* dicitur
Summaria, & levatò velò agenda; MEV. *P. 3. Dec. 102. n. 8.* In 107
 Summariis autem Processibus juramentum deterreri non potest,
 quippe quòd extra Processum Ordinarium locum non ha-
 bet.

108. bet. CARPZ. P. 1. C. 8. D. 31. & C. 12. D. 35. §. Denique (XXVII.)
 Qvod Jurisjurandi conditio *speciem transactionis* contineat L.
 2. ff. de Jurej. sed cum hæc non tantum nunquam nisi inter con-
 109. sentientes fieri possit, COTHMANN. Vol. 2. Resp. 82. n. 40. §. ve-
 rum & insuper requirat, ut *Objectum* ejus sit *causa privati arbi-*
 110. *trii*, fundata satis videtur *Conclusio*, *integrò hõc Cap. firmata: Ju-*
 111. *ramentum, à Fiscali, in Causâ Pecuniariâ, delatum, extorqueri In-*
quisito non posse.

CAPUT III.

RATIONES DECIDENDI, SEU PRO SENTEN-
 TIA AFFIRMATIVA FACIENTES
 EXHIBET.

SUMMARIA.

Connexio n. 1. Sententiam Affirmativam suffulciunt
 clari textus juris 2. §. An & L. 25. §. 3. ff. de Probat. n. 6.
 Adversarius incumbit Negativæ probatio 7. Juramentum
 judiciale quousq. locum habeat? vid. n. 8. Exceptio à Re-
 gula est probanda 9. Sine Lege loqui Jctum non decet
 10. Et in Causis Famosis deferri juramentum potest 11. §. q.
 Juramentum est remedium evitandi infamiam 14. §. q.
 In Causis Criminalibus Civiliter institutis juramento locus est
 16. Ubi ad BEUSTIUM provocatur 17. §. q. Quid
 de Praxi etiam testatur 20. Actor eligere potest, quò probam-
 di genere uti velit 21. §. q. 26. Probatio quò duplex? 23.
 Artificialis quæ? 24. Quæ Inartificialis? 25. Jura-
 men-

mentum magnam vim habet 28. sqq. Æquè, ac alie probationis species, plenam fidem facit 31. Juramenti delatio effectivè species legitima probationis est 32. Referrur inter legitimos probandi modos 33. Juramentum usu fori & plerorumq; locorum statutis an admittendum? & quatenus? vid. n. 34. Judex delationem juramenti non facile repudiare debet 35. Reipubl. interest, litibus eandem carere 36. sq. Et, delicta non manere impunita 38. Cujus Rationem vide n. 39. Juramentum facilius deterret malam conscientiam quàm ambiguus Processus eventus 40. Quare 41. In dubio salutis æternæ memor presumendus quis est. 42. Optima quoque causa perdi potest 43. In Saxonia omnes Cause Rei conscientia committi ab Actore possunt 44. sq. Reus jurare nolens causam suam reddit quodammodo suspectam 46. Turpiter quis recusat testimonium in propria causâ 47. sq. A Juramento Suppletorio ad judiciale hic rectè inferitur 48. Suppletorio in Causâ Criminali Pecuniaria locus est 49. 51. Ubi eadem est ratio, ibi eadem juris est dispositio 50. Fiscus jure privatorum utitur 53. Quando? ibid. & 54. Quod juramentum in nostrò casu deferri possit, præjudicio confirmatur num. 55. sqq.

§. I.



Preciosa fateor ex parte illa esse, quæ in præced. Cap. tetigimus, argumenta: Verùm, re comminus spectatâ, fucus veritati saltem tactus facile disperebit, Quem in finem nunc, anteqvam superioribus refellendis nos accingamus, Sententiæ Affir.

D 2

- Affirmativa Rationes* etiam eduxisse la tius erit, quamvis inficias iri nequeat, non exiguam his, ex postmodum dicendis, & vice versa, lucem insimul accedere. (I.) Primò itaque locò, ad *juramentum*, à *Fiscali*, in *Causâ Pecuniariâ*, delatum præcisè præstandum, adigi Inquisitum posse, expressis juris nostri textibus evincitur.
3. Audiamus saltem JCTUM in L.3. §.i. ff. de *Jurej.* eleganter sic loquentem: *Quâcunqve actione quis conveniatur, si juraverit, proficiet ei iusjurandum: sive in personam, sive in rem, sive in factum, sive poenali actione, vel quâvis aliâ agatur; Qui Idem, in L.34. pr. ff. Eod., Jusjurandum, inquit, & ad pecunias & ad omnes res habere locum. Et quid tandem clarius efferri potest, quàm in §.6. d. L.34. conceptis verbis habetur, sequentem in modum At Prator; Eum, à quò iusjurandum petetur, solvere, aut jurare cogam. Alterum itaque eligat Reus: Aut solvat, aut jurat, Si non jurat, solvere cogendus erit à Pratore. Soli lucem affundere conaremur, si Textibus adedè perspicuis plures superaddere vellemus. Viderint ergo alii, an ex L.25. §.3. ff. de *Probat.* solatium aliquod haurire possint? quam, ob verba: *Quas preposuimus*, non adedè illud, quod communiter exinde colligunt, probare crediderimus. Nos, generali Textuum adductorum locutione in præsens freti, quæ causarum distinctionem admittit nullam, liquere satis arbitramur, Adversariis nostris contrarii incumbere probationem, & quidem ejus, quod, quoad *Causam Criminalem Civiliter institutam* in specie ab allatâ Regulâ alibi reperitur exceptio. CARPZ. P.3. Dec.231. n.19. Rectius ergo, (II.) donec illa doceatur, pro Delationis juramenti, in nostrò quoque casu, validitate se habet effectum SETZERI de *Jurej.* l. 1. c. 2. 3. 4. aliorumque: Quod Juramentum judiciale quilibet, cuilibet, in quâlibet causâ, deferre possit, si in specie prohiberi non probetur, add. JCTI MARPURG. Vol.4. Cons. 28. n.84. Unde non sufficit, si, unâ alterâve exceptione fortassis demonstratâ, & ad non id, expressas pro lubitu quis argumentari velit, cum, quælibet asfertur sui rationem non futilem reddere posse, debeat, & in primis de jure testantibus, sine Lega loqui, erubescendum sit,*

PRO SENTENT. AFFIRMAT. FACIENTES EXHIBET, 25

§ II. Clarior evadet res, si (III.) Cautarum species aliquantis per
 perlustremus, ubi, quid de Juramenti delatione in *Causis Famosis*
 statuendum sit inquisivisse merebatur: *Negativa fundamenta in*
Cap. preced. delibavimus, quæ non obstantibus *Affirmativa ve-*
rior adhuc videtur. Si enim *L. 9. §. 2. ff. de Jurej.* incipiamus, *vix 12.*
dubium aliquod remanere poterit, quod & *ex cap. fin. X. de Jurej.*
Dd. probant, vid. VINCENT, GAROC. *de in litem jur. qu. 21. Un- 13.*
de Illultris Dn. KLEIN Cognatus atq. Patronus noster filiali obser-
vantiâ ad urnam usq. devenerandus in Not. MSC. ad Lauterb. Comp.
tit. de Jurej. verb. Causis famosis. exemplo Actionis de furtô civili-
ter instituta; dicta declarat, & ulterius, cum BRUNN. ad d. L. 9.
num. 10, concludit: Idem juris & in Actione Mandati, pro So-
ciô, Tutela & Depositi esse, si ob dolum agatur. add. MEIER C.
J. A. tit. de Jurej. th. 12. num. 9. Taceo, quòd juramen-
*tum sit remedium evitandi intamiam *L. 6. §. 4. ff. de his qui nor-*
inf. L. 18. C. Eod. quidni ergo deferri posset? Responionem
 ad contraria hîc non occupabimus, illam *Cap. subsequ.*
 reservaturi. Subsumimus saltè, si in *Causis Famosis* etiam ju-
 ri jurando locus est, quantò magis in *Non-Famosis*, panam tantum
 pecuniariam interentibus. Quoad *Causas Criminales (IV.) re-*
 tinemus distinctionem inter *Causam Criminalem Criminaliter, &*
Civiliter institutam, vid. *Cap. 2. num. 29. seqq. ac, in posteriori, ju-*
 ramèto locum omnino damus. Ubi ad *BEUSTIUM* in *L. 3. ff. de*
Jurej. n. 56. provocamus, qui rotundè pronunciat: *Juramentum ju-*
diciale per Accusatorem deferri Reo posse in causâ criminaliter in-
congruâ. Et quamvis quis hîc excipiat (1.) Nondum liquere, an
 in verbis ultimis dictus *Author*, ad *Causam Criminalem Criminali-*
ter, an verò ad *Causam Criminalem Civiliter* institutam, diglum
 intendat? Responso tamen erit, quæcumque hîc elegeris ten-
 tentiam, perinde fore: Nam à priori ad posterius eò fortius du-
 ceretur argumentum. (2.) Non nisi totâ lege perspectâ de eadem
 judicandum esse *L. 24. ff. de LL. adeoque & illa prius addenda;*
 quæ in *d. num. 56.* immediatè sequuntur, sc. procedere dicta*

- Reò *præsertim* consentiente &c. cum è contra Nos assertum eamus: *Invicum Reum* ad juramenti præstationem compellendum esse. Verùm Resp. Particulam: *præsertim*, probè attendendam venire, quæ ipsa non necessariam utriusque coherentiam indicat, sed saltem, quod hæc ratione res eò magis expedita sit. Non verò simpliciter hæc asserit BEUSTIUS, sed & ita pronunciatum esse testatur *d.l.* Cui plures adhuc consentiunt, vid. BRUNN. *ad L. 9. §. 2. ff. de Jurej. n. 21. & 13.* Excell. Dn. SCHOEPFFER *d. Tr. Eod. n. 28.* ibique Illustris Dn. KLEIN *in Notis ad verb. Deferrî potest.*
20. §. III. Inò (V.) Actori salvò Jure electio negari nequit, quòd nam probandi genere velit uti, Non unus enim Actionis institutione probationem suscipiendi modus est: Unde distinctio illa in vulgus nota inter *Probationem Artificialem & Inartificialem*, enata est. Illa fit per Præsumptiones & Conjecturas. Hæc Testibus.
23. Instrumentis, Jurejurandò & Adversarii confessione Excell. Dn.
24. SCHOEPFFER *d. Tr. tit. de Probat. n. 1.* Quibus omnibus cum Actor æquè uti possit, non, nisi imprudens, commodiorem ex his viam sequi, negliget, arg. §. 5. 7. *Quod cum eò, qui in al. potest.*
25. Quamvis autem (VI.) per jusjurandum probatio suis quoque
26. non destituatur incommodis, certum tamen est, quod juramentum magnam vim habeat, *L. 77. §. 2. ff. de Legat. 2.* præsertim ad
27. probandum, *L. 37. §. 5. ff. de Leg. 3.* unde & in *L. 1. ff. de Jurej.* Maximum expediendarum litium remedium rectè audit, add. GO-
28. THOFR. *ibid. lit. R.* & NB. *præsumtionem delicti, etiam aliàs existentem, tollere dicitur;* MEV. *Consil. 21. n. 17.* Eadem enim ejus cum reliquis probationum speciebus est natura, & non minus illud, quàm *has* plenam fidem facere, deducit HARTM. PISTOR *L. 4.*
29. *Quæst. Illustr. 13. n. 26.* cum juramenti delatio effectivè sit species legitima probationis, Illustris Dn. KLEIN *ad Schupff. Synops. tit. de Jurej. n. 26. verb. Contra eum.* & inter legitimos probandi modos apertè referatur in *L. fin. §. 10. C. de Jure delib.* Ad eò ut (VII.)
30. Excell. Dn. HARPRECHT *Consil. Tubing. Vol. 1. Cons. 41. n. 33.* rectè concludat: Juramentum, ceu omnis iniquitatis saluberrimum everriculum, optimumque veritatis explorandæ remedium, usu fori

fori & plerorumque locorum Statuis *toties* admittendum esse, *quoties* probationes aliæ non sufficiunt.

§. IV. Quorsum & collimat (IX.) monitum] Crtissimi MEVII P. 9. 35.
 Dec. 76. Juramenti, aliquâ ratione ad decisionē causæ facientis, de- 36.
 lationem à iudice non esse repudiandam, quippe cum Reipublicæ 37.
 non parum intersit, lites subito restingui. Nam jurisjurandi 37.
 remediò Actorẽ eò maturius & citius uti convenit, ac par est, quò
 magis lites statim ac velut in momentò, quò natæ vel cceptæ sunt,
 emori & finiri expedit. COTHMAN, Vol. 2. Resp. 82. num. 2.
 Interim tamen (IX.) quia & Publico satis debet fieri, siquidem 38.
 ejus omnino etiam interest, delicta non manere impunita, L. 51. §.
 2. versic. *Quod si quis ff. ad L. Aquil. & pœnam non faciliè remitti,*
L. 14 C. de pœnis. CAVALCAN. lib. 5 Dec. 19. n. 66. ne materia aliis 39.
detur perpetrandi similia, d. L. 14 in f. C. de pœn. ROL. à VALL.
Vol. 2. Conf. 16. num. 9. via ad veritatem delicti, per semitam quavis,
 perveniendi, juramento puta, præcludenda non videtur. Idque 40.
 eò magis dicendum erit, quia (X.) *juramentum fortius deterrebit*
 malam conscientiam, quam *ambiguus Processus eventus. Quam* 41.
vis enim per ea, quæ in præced. Cap. num. 17. differuimus, multi &
 hoc, in pravâ licet causâ, parum extimescant: Non tamen in du- 42.
 biò præsumendus faciliè quis est æternæ beatitudinis adeò imme-
 mor, ut animæ suæ damnum irreparabile sponte sua contrahere
 velit, sed optima quæque de Christiano speranda sunt. Processui 43.
 verò facilius ejusmodi fatinæ homines se committent, cum quia,
 & in bonâ causâ, non ritè formatò Processu, adversarium suc-
 cumbere posse, vid. CHRISTOPH. LANGE in Proc. Jur. Civ. &
 Sax. in Introd. n. 6. Excell. DN-STRYCK Introd. ad Pr. For. c. 1. §. 3.
 spe lætantur, cum ut ad minimum per tempus aliquod differa-
 tur executio. Taceo, quòd, (XI.) *Omnes causas conscientia Reï* 44.
ab Actore committi posse, in Saxoniâ ad minimum extra o-
mnem dubietatis aleam positum sit, vid. Landr. lib. 2. art. 22. S-
auget ein Mann. unde &, hoc in judicii quotidie praticari, 45.
 tellis est COLER. P. 3. Des. 122. n. 2.

§ V. Certè (XII.) ne jurare quidem volens 46.
 Reus fateatur quodammodò, se malam tenere causam, dum
 jurare non audet, cujus veritatem ignorare non po-
 test,

47. test, & turpiter reculare videtur testimonium in propriâ causâ
 GOEDDÆUS in Marburg. Conf. Vol. 4. Conf. 28. n. 100. FACHIN.
 Controv. Lib. 1. c. 21. in f. cum tamen juramentò delatò, Reus hoc
 lucretur, ut Testis & Judex in propriâ causâ constituatur
 per L. 1. pr. ff. Quar. ver. act. non detur. L. f. C. de Fideicom.
48. (XIV.) A Juramentò Suppletoriò ad judiciale, in
 nostrò casu argumentum non procedere, dictum quidem
 est in Cap. 2. num. 64. sq. sed, cum rationes d. l. allatæ rem non-
 dum conficiant, uti in Cap. seqv. demonstrabimus, contrarium
 adhuc videtur verius. Hic saltem monemus, & Suppletorio in
49. Causâ Criminali Pecuniariâ locum esse, vid. BERLICH. P. 1. Concl.
 54. n. 8. CARPZ. P. 1. C. 23. Def. II. FABER ad Cod. Lib. 4. Tit. 1. Def.
50. 43. aliq., quos hi largâ allegant manu. Quò positò ulterius
 sequitur, ubi eadem imò major est ratio, ibi eandem quoque obti-
 nere juris dispositionem, L. 32. ff. ad L. Aquil. si enim in Causâ
51. Criminali Pecuniariâ & Accusatori deferri poterit juramentum,
 cur non multò magis judiciale Reo, pro quò favor liberationis
 militat. Quæ cum ita sint, si in thesi hæctenus disputata, in hy-
 pothesi nunc spectemus, applicatione sc. ad Fiscum ejusque Ad-
 vocatum factâ, non apparet ratio, quare non eidem competeret
 facultas deferendi juramentum æque ac privato cuidam Accu-
 satori, cum (XV.) Fiscus regulariter utatur jure privatorum, L.
53. 12. ff. de Compensat. L. 25. ff. de Pignor. MEV. Conf. 97. n. 55. sqq. potissi-
 mum in favorabilibus re: in acqviendò & conservandò. WESEN-
 BEC. Consil. P. 3. Consil. 139. num. 35.
55. §. VI. Nullum ergo penes nos residet dubium, quò
 minus securè liceat concludere: Juramenti, à Fiscali in Causâ Pe-
 cuniaria delati, præstationem Inquisito rectè injungi. Atque ita
56. pronunciatum est hoc ipso Annò m. Januar. in Cancellaria Siveri-
 nens, cujus Sententiæ copiam, ab Illustri Dn. KLEIN, ad preces
 nostras, benevolè nobis communicaram, hic subjunxisse ingra-
 tum non erit, ita verò se habet: In Sachen Nathes und
57. Fiscalis Klägerin an einem entgegen und wieder die N. N.
 Beklagtin an andern Theil in puncto ohne Fürst. Consens

seus getalieten Hofhes/erkennen und sprechen Von Sdites
 Gnaden Wir FRIEDERICH WILHELM Herzog
 zu Mecklenburg (cum tot. tit.) nach wohlwogenen hinc inde
 verhandelten Acten vor Recht: Das Beklagte schuldig
 und gehalten sey / den von Klägern Ihre deferrirten
 Eyd abzuschwören/wenn solches geschehen/ergebet ferner was
 recht ist. B. N. W. Publicatum Schwerin den 17. Jan. 1708.

CAPUT IV.

CIRCA REFUTATIONEM RATIONUM DU-
 BITANDI OCCUPATUR.

SUMMARIA.

Transitus fit ad Rationes Refutandi num. 1. Quodnam
 juramentum probatio Subsidiaria rectè audiat? 3. sq.
 An probatio per juram. sit Extraordinaria & Exorbitans?
 5. sq. Favori pro se introducto renunciare licet. 7. Propria
 Confessio est optima probatio. 8. sqq. Judiciale juram Reo
 ab Actore delatum à Probatione Relevatio & Exoneratio
 dici nequit 11. ff. Presumptio generalis cedit speciali 14.
 sq. Presumptione juris munitus juramento judic. se subtra-
 here nequit 16 In Causâ Criminali presumpcio est pro Ac-
 cusatore 17. Timiditas jurantium quare non aded atten-
 denda sit? 18. sqq. In quibus Causis sit metus Perjurii? 21.
 19. sq. Lex. fin. C. de Probat. ad quasnam Causas pertineat?
 21. sqq. Rationibus pugnantibus 30. Juramenti delatio h. c.
 cujus commodo cedat? 33. Fiscalis probatio dubia non reddi-
 tur, si hic juram. Calumnia prestare nolit 34. SCACCIA
 notatur 35. Testi de credulitate juraturo non creditur 36.
 Quodnam juramentum in Causâ Civili magna & gravi
 locum non habeat? 37. sqq. Judiciali locus est in Act. In-
 juriarum Astimatoriâ 40. & Criminali 41. Causa Pecunia-
 ria Fiscalis an absolutè magna & gravis dici queat? 42.
 Infamia non semper comitatur Actionem Criminalem 43.
 Quodnam juramentum in Causâ Famosâ admittatur? 44.
 Infr.

Infirmum est argumentum à Causa Famosa ad Pecuniariam
 45. Et in Actione Depositi locus est juramento 46. Inquisitioni ansam dans juramento delatò de injurià conqveri nequit 48. Probationibus aliis instructus an juramento gravari possit? 49. sq. An alias probationes in promptu habenti liceat, alteri nihilominus deferre juramentum? 51. Ad textum Exodi XXII. resp. 52. Undenam orta sententia, quod jurare non possit cogi, adversus quem nihil est probatum? 53. sq. An illatio à Juramento suppletorio ad judiciale in nostro casu bene se habeat? 55. sq. In voluntaria Rei Juramenti præstatione major metus est perjurii, quam in delatione ab Actore facta. 57. sqq. Argumentum à Torturà Corporali ad Spiritualem non satis firmum est. 60. sq. Quando ad propria turpitudinis confessionem adigi quis possit? 62. Juramento Reo delatò quid hic lucretur? 63. sq. Actor & Reus rectè ad imparia judicantur? 65. Ad L. 10. ff. de jure f. resp. 67. sq. Juramentum deferri potest, licet referri nequeat 69. sq. In delictis referri juramentum Actori nequit 71. sq. E. gr. in Furtò 73. sq. Infamis quoque deferre juramentum potest 75. Processus Fiscales quando sint Ordinarii? 78. sqq. Quando non? 81. Juramentum judiciale & in Processu Executivò ac Summario locum habet 82. sq. Quodnam juramentum sit transactionis species? 84. sqq. Conclusio, n. ult. §. 1.

- P**ropositis, in proximè præcedentis duobus Capitibus, tam Dubitandi quam Decidendi, i. e. Negativis & Affirmativis, Rationibus, calculoque posterioribus adjunctò, priores adhuc in presenti Cap. ut binis diluamus, restat. Ubi ad Rationem Dubitandi (L.) præterea, quæ in præced. Cap. 3. n. 38. sq. jam dicta sunt, respondemus; Regulariter Juramentum, non Judiciale, sed Suppletorium probationem esse Subsidiariam, quia hoc in subsidium deficientebus sc. aliis probationibus, deferitur, & de hoc Suppletorio etiam loquitur L. 30. pr. ff. de Jurej. CARPZOVIO allegata. Quod verò probatio per Juramentum Extraordinaria & Exorbitans sit, quia, illò delatò, in propria causa, quis, contra
- L. 10.

RATIONUM DUBITANDI OCCUPATUR.

32

L. 10. ff. de Testib. ; *Judex & Testis* constituitur, per *L. fin. C. de Fideicom.* & *L. 1. pr. ff. Quar. rer. act. non dar.* nobis parum obest, certè inq. situs in nostrò casu pro se allegare nequit. Cum enim hoc sit beneficium pro Fiscali fortius militans, hic 7.
 autem delationem ipse urgeat, cur non eidem, favori pro se introducto renunciare, liberum esset? arg. *L. pen. C. de Patf.*
 Nisi & *Confessionem Propriam*, tanquam *Exorbitantem & Extraordinariam Probationem*, ad intimam Probationum Classem detrudere simul velimus: Quam tamen ullibi improbari tantum abest, 8.
 ut potius illà neque certior neque melior in universò mundo inveniri & proferri unquam possit, BURSATUS *L. 3. Conf. 324. n. 11. COTHMANN. Vol. 4. Resp. 22. n. 14. add. MATTH. de AFFLICT in lib. 1. Feud. Rubr. 3. p. m. 53. n. 13.* eadèmqve nulla ex- 10.
 cellentior, superlativa & major sit probatio, quæ tanquam luna inter stellas fulget, & publico instrumento ac cuilibet testium depositioni prævalet, ita ut, ubi ea adsit, ibi relaxatio omnis probationis fiat, juxta BURSATUM *L. 3. Conf. 340. n. 12. & Conf. 339. n. 1.* Denique parum obstat, quod Delatio Juramenti Ju- 11.
dicialis Reo ab Actore facta magis sit à probatione Relevatio & Exoneratio, cum tamen ad probandum adstringatur Actor: Nam, diversò respectu juramentum probationis speciem, & à probatione 12.
relevationem dici posse, in contestò est, unum enim hic non statim tollit alterum. Reliqua de *Juramentis temerariis & petulanter ex-* 13.
actis intelligenda tantùm sunt. Ad Rationem Dubitandi (H.)
Resp. (1.) Elidi præsumptionem bonitatis generalem per Inquisitionem à Fiscali institutam, cum in illò cesset Ca'umnia præsumptio, 14.
vid. Cap. 2. §. 9. per rot. Præsumptiones enim generatioribus cedunt spec- 15.
cialioribus. RICHTER *Vol. 1. P. 6. Conf. 2. n. 69.* (2.) Etiam eum, 16.
 qui *præsumptionem Juris* pro se habet, juramentum judiciale sub-
 ire debere, HARTM. PISTOR *l. 4. qu. 13. n. 3. & 17. LYNCKER. Dec. 1188. BERLICH. P. 1. Concl. 29. n. 30.* quia in *Causà Criminali* 17.
 pro *Accusatore* magis est præsumptio. FR. BURSATUS *Lib. 4. Conf. 439. n. 5.*
 §. II. Ad (III.) *Resp. Vanam esse ejusmodi juramentum rimi-* 18.
ditatem, LYNCKER. *Dec. 323. pag. 196.* quæ, prævia informatio-
 ne solidà, à Judice facillè tollitur; Accedit, quod *Publica Utili-* 19.
tas, quæ in dirimendis litibus versatur, svadeat, ne hominum
 superfluitationis habeatur ratio, præsertim cum rara sit ea superflui- 20.
 tio. FR. DUARENUS *in tit. ff. de Juref. cap. 2.* Ad (IV.) *Resp.* 21.
 Procedere

- Procedere dicta in Criminalibus Capitalibus & Corporis Afflictivis, ubi verò nulla corporis afflictiva pœna metuitur, ibi & metus pejurii cessat, Illustris Do. KLEIN in Nor. MSC. ad Lauterb. tit. de Jurej. verb. Non etiam in Criminalibus, unde in Pecuniariis meliora de Christiano sunt speranda, quod & RICHTERO in me-
23. moriam revocandum videtur. Quæ de perjuriis avertendis sub-
24. jiciuntur, huc non pertinent, quia hæc tantum vim suam exse-
runt, quando quis jurare parato, sciens eundem certò pejeratu-
rum esse, juramentum non remittit. Ad (V.) Resp. Legem fin. C.
25. de Probat. restringendam esse ad Causas Criminales Criminaliter
intentatas; SICHARDUS ad L. 4. C. de Serv. Fugit. n. 51. CARPZ.
26. P. 1 C. 23 D. n. 3. In his enim largi nūr, juramento locum non esse;
27. Nam dubium erit nemini, quòd Reus, ut conservet vitam, falsum
juraturus sit, non semel, sed millies & centum millies, nisi esset ali-
quis sanctus homo, ita bonæ conscientiæ ac sanctæ vitæ, qui po-
tius velit mori, quàm falsum jurare. HYPPOL. de MARSILIIS
Pract. Causar. Criminal. §. Postquam n. 4. LAUTERB. in Colleg. Pract.
tit. de Jurej. §. 65. Unde vulgatum illud est: Wenn sich ein
Dieb von Galgen looß schweren könte / so würde er's
28. nicht lassen. Adeoque & ipse Satanas, humanæ mentis scruta-
tor sagacissimus, Hiob. 11. 4. & 5. excipiebat: Haut für Haut /
und alles was ein Mann hat / läßet er für sein Leben;
Über rechte deine Hand aus / und taste sein Gebein und Fleisch
29. an / was gilt's / er wird dich ins Angesicht segnen? De Causis Cor-
poris Afflictivis, ob rationis paritatem, idem dicendum est.
30. Ad (VI.) Resp. Non Authoritatibus pugnandū esse, sed Rationibus.
§ III. Ad (VII.) & VIII. Resp. de Judiciò Criminali Cri-
31. minaliter institutò dicta procul dubio esse intelligenda. Et quoad
32. priorem, ulterius, per supra num. 7. preced. Cap. deducta, probari
debebat, contra Juramenti delationem in Criminali Judic.ò
33. pronunciatum olim esse. Ad (IX.) Resp. Et hoc COTH-
MANNI assertum, de Criminalibus propriè sic dictis, acci-
piendum esse; Quamvis & dici possit, commodo in-
34. quisiti, in nostrò casu, cedere delationem, hoc ipso enim è fa-
cilius à molestis Processibus liberabitur, quod si eventiat, nulla
Fitio accretit utilitas. Ad (X.) Resp. Præterquam quod WE-
SENBECCIUS, ad plenam absolutionem statim concludendo,
justò latius procedat: Conf. CARPZ. P. 3. Qv. nò. n. 58. 599.
Committi fallaciam petitionis principii: An sc. Fiscalium probatio

batio exiōe reddatur dubia, qvōd Calumniæ Juramentum præ-
 stare recuset? qvōd negatur, per *inferius num. 76 sq. huj. Cap. di-*
cende. Ad (XI.) Resp. SCACCIE doctrinam esse fallam, ceu qvæ
fini ejusmodi juramentorum, & ipsi aqvitati repugnat, LYNCKER 35.
Resp. 144. num. 32. cum enim testi super credulitate juranti in alie- 36.
na causa non credatur, multò minus parti in propria causa.
 PRUCKMANN. *Vol. 1. Conf. 10. n. 119.* Ad (XII.) Resp. RICH- 37.
 TERUM loqvi de Reo jurare volente, ad Juramentum, invitò
 Actore, non admittendo, si illud Actori magnum damnum, Reo
 juraturo autem magnum emolumentum afferret; BRUNNE- 38.
 MANNO verò de Juram. Suppletoriò sermonem esse, unde di-
 cta ad hoc restringenda videri poterant. Qvid enim obstat, 39.
 qvò minus Actori integrum esset, Juramentum Judiciale Reo
 in Causâ Civili magnâ & gravi in proprium præjudicium de-
 ferre? Hinc fallunt, qvæ, de Juramentò, in *Actiōne Injuriarum*
Æstimatoriâ, vid. CARPZ. *L. 3. Tit. 5. Resp. 44. n. 9. sqq.* 40.
 MARTINI *Proc. tit. 18. §. 1. n. 105.* imò & *Criminali*, vid. *Illustr.* 41.
 Dn. KLEIN in *Nor. M. S. C. ad LAUTERB. tit. de Jurej. verb. injuri-*
arum. locum non habente, *superius dicta sunt.* Quamvis præ- 42.
 judicialis adhuc sit qvæstio: An *Causa Pecuniaria* regulariter
 tanta sit, ut cum *magnis atqve gravibus* pari passu ambulet?
 qvōd negandum rectius videtur. Ad (XIII.) Resp. *Infamie* me- 43.
 tum in *nostrò casu* nullum esse, nam non omnis *Actiō Criminalis*
 statim est *Famosa*: Nec ad BRUNNEMANNUM provocalle 44.
 jurabit, qvî *all. loc.* expresse agit de *Juramentò Suppletoriò*, de
Judiciali verò contrarium asserit, differentię ratione inter u-
 tramqve adjecta. De cœtero imbecillitas argumenti à *Causa* 45.
Famosa ad *Pecuniariam* ducti in apicò est, qviam illa ob arctam
 tamã atqve vitæ conjunctionem, æqvè ac in *Capitalibus*, perju- 46.
 rium non frustra metuitur, qvōd in *hac* secus est; Ne qvid di-
 can de CARPZOVIO *P. 1. C. 12. D. 31. ab Actiōne Depositi* Juramen- 47.
 tum excludente: Se ipsum enim refutat in *P. 3. Dec. 131.* Et quam-
 vis hic *d. Dec. 231. n. 15. & 16.* in *Famosis & Criminalibus* juramen-
 tum demum admittat, si non ad *pœnam reo infligendam*, sed
rei restitutionem tantum agatur, restrictionem tamen hanc simul
 probasse debebat. Ad (XIV.) Resp. Dicta fallere, si quis *inqvi-* 48.
sitioni ipse ansam dederit, Fiscalis enim ad inquisitionem non tem-
 merè & calumniosè processisse videtur. Imputet ergo sibi Reus,
 qvōd se ipsum in illum statum conjecerit, ut vel jurare necessum
 habeat

- habeat, vel, juramentum declinandò, finitram opinionem apud bonos de se excitet. Ad (XV.) Resp. Nos loqui de casu, ubi aliis probationibus Reus non est instructus, adeoque locò limitationis generalis integro cap. 3. hæc esse posset. FR. DUARENUS verò in tit. ff. de Jurej. cap. 6. planè putat: *Illam, quæ Juramentum deferens molestia litis quàm primùm defungi vult, idque sine ulla adversarii injuria, qui cause sue Judex sit delatione Jurisjurandi, prægnantior, jultior publicè quæ utilior esse rationem, altera, quæ is tantùm, qui recusat Jusjurandum, contendit, se nolite sustinere illud in Juramento Suppletoriò, non judiciali, quia ad illud tantùm recurritur in defectu aliarum probationum, cap. 2. X. de Probat. ROMANUS d. l. n. 1, non æquè ad hoc. Textus autem Exodi XXII. saltem enunciativus est, non dispositivus.*
- §. V. Ad (XVII.) Resp. Contrarium verius esse, & ex Juramenti Judicialis, cum Necessario in specie sic dictò, confusione istam sententiam trahere originem. BRUNN. Proc. Civ. cap. 23.
- §. 4. n. 6. BERLICH. P. 1. Concl. 29. n. 3. §. 9. & n. 9. Quæ de re cum ex professo egerit Excell. Dn. SCHOEPPFER. in pecul. Disp. de Juram. Judic. sine probatione delato, eò remittimus L.B. Ad (XIX.) Resp.
- §. 5. A Suppletorio Juram. ad Judiciale hæc tenus hîc rectè inferri, vid. cap. 3. n. 57. Rationes enim cap. 2. num. 65. allatæ nil amplius docent, quàm differentiam utriusque juramenti in se spectati. Ad (XIX.) Resp. Textum ex Textu esse explicandum, nec verba Legis captanda, adeoque istam Legis interpretationem, collatis aliis Textibus, vid. n. 3. §. 9. cap. 3. non posse non displicere. Et quævis quæso hæc foret ordo, si Juramenti præstatio planè à Rei arbitrio dependeret, præsertim in penalibus? Si enim delatio, ob metum perjurij, in his foret illicita, quæto magis voluntaria Rei præstatio. Ad (XX.) Resp. Juramentum dici Torturam, locutione non propria, sed metaphorica tantùm, adeoque à Tortura conponi ad Spiritualem infirmum neci argumentum. Excell. Dn. PRÆSES in Not. ad Schæpf. Synopf. tit. de Jurej. n. 25. verb. Cuiusque in f. Ad (XXI.) Resp. (1.) Si veritas aliter haberi non possit, & propriæ turpitudinis confessionem Juramento elici posse, alias enim & Torturæ usus, ex hoc capite, damnandus foret.
- §. 2. Non sumi per Jusjurandum probationes de domo Rei, sed eundem Judicem & Testem in propria causa constitui, per L. fin. C. de Fideicom. FACHIN. Controv. l. 1. c. 19. & Juramentum Reo hæc

hâc ratione tanquam gladius offertur, non ut eodem *contra se*
sed pro se utatur.

§. VI. Ad (XXII.) Resp. FACHIN. *Controv. l. 1. c. 19.* apertam 66
 disparitatis inter *Actorem & Reum* h. c. esse rationem. Nam quan-
 do *Aktor* plenè probavit, jam de jure suo docuit, nec juramen-
 to indiget, quia *causa est satis liquida*: sed ubi nihil probavit,
 & is contendit sibi deberi, Reo id negante, *res est dubia*, unde Ju-
 rejurando oblato decidenda est. *Ad cap. fin. X. de Jurej. & L. 4. 66.*
C. de Edendo, cum eodem respondemus: Reum nil probare tem-
 neri, quòd si verò Jusjurandum ei offeratur, ad ejus præstationem
 eundem adstringi. Ad (XXIII.) Resp. Adductam Regulam bene 67
 se habere, ubi res est dubia, quòd *in nostro casu* cessat, quando qui-
 dem pro Fiscali præsumptio litis non temerariè est. Licet ex 68
d. L. 10. ff. de Jure Fisci, planè evinci non posse, quòd in dubio con-
 tra Fiscum pronuntiandum sit, putet BRUNN. *Conf. 76. n. 63.*
 quomodo verò intelligi queat vid. Eund. *ad d. L. 10. in f.*
 Ad (XXIV.) Resp. Fallam esse hypothefin, quòd, ubi *juramen-* 69
mentum referri nequit, nec delatio ejus locum habeat. BRUNN.
ad L. 9. ff. de Jurej. n. 16. CRAVETTA *Conf. 203.* MASCARD. *de*
Probat. Vol. 2. Concl. 959. n. 16. Ut enim regulariter conjuncta sit 70
 delationi relatio, non tamen negandus est locus delationi, si
 contingat, locum relationi esse non posse. FACHIN. *Controv. l. 1.*
§. 21. Sic *in delictis* illicita est juramenti relatio, NÆVIUS *ad L. 12. 71.*
ff. Rev. Amot. quia delictum ut plurimum non cadit in scientiam 72
 ejus, cui refertur jusjurandum, sicut in ejus scientiam, cui ab ini-
 tiò fuit delatum, vid. STEPH. GRAT. ROMANUS *Discept. For.*
Tom. 2. c. 215. n. 50. f. 99. MARTINI *Proc. tit. 18. §. 1. n. 24. & §. 8. n. 18. f. 9.*
 quæ ratio, quòd & in Furro juramentum delatum referri nequeat 73
Jd. d. h. FER. DUARENUS ad tit. ff. de Jurej. c. sibi: Ratio enim non
 permittit, ut referatur *Aktori*, cum æquius sit, Reum de factò propriò
 & sibi cognitò, quàm *Aktorem* de alienò & incognitò jurare per *L. 11. §. 2.*
& 3. ff. de Akt. rev. amot. Illustris Dn. KLEIN in *Not. ad Schupf. Synops.*
tit. de Edendo ad n. 27. Excell. Dn. SCHOEPFF. in *tit. de Jurej. n. 39.*
 BACHOV. *ad Treutl. Vol. 1. Diss. 21. th. 9. lit. A. ad verb. Non etiam*
ea Ziegl. ad Lancell. l. 3. c. 14. Ad §. 37. verb. Ac referri. Ulterius veritas 75
 asserti & ex eò patet, quòd ex veriori Ddorum sententiâ *Infamis*
juramenti deferre possit, licet eidem referri illud nequeat. BRUN.
ad d. L. 9. n. 16. Excell. Dn. SCHOEPFF. in *tit. de jurej. n. 25. ibiq.*
 Illustris Dn. KLEIN *verb. Infamis*, BACHOVIVS *d. l. MARTINI*
 Proc.

Proc. cit. 18. §. 1. n. 21. fqq. ubi dissentientes longâ ferie recenset.
 LYNCKER *Resp. 144. n. 34.* BRUNN *Pr. Civ. c. 23. n. 4.*

76. §. VII. Ad (XXV.) *Resp. Quamvis aliàs Calumnia juramentum ab Actore necessario præitari debeat, nec eidem illud facere remittendum sit, quòd eò citius calumniis præcindatur via, attamen, cum hæc per superius sæpè dicta, in Fiscalibus non præsumenda, maxime cum juramenti, sub offi. susceptu initium, prætiti non immemores esse credendi sint, non impedit hoc*
77. *privilegium juramenti delationem. Ad (XXVI.) Resp. Processus Fiscalis, si Fiscalis procuratoriè accuset, magis esse Ordinarios, non enim Fiscalis facit discrimen Processus, sed modus procedendi,*
78. *MEV Conf. 74. n. 95. sq. & P. 9. Dec. 157. & P. 1. Dec. 104. n. 8. unde, in Causis Fisci Processu juris Ordinariò procedendum esse, inquit*
79. *BRUNNEM ad L. un. C. de Conductor. & Procurat. n. 9. lib. 11. nisi hæc omni ex parte sint liquida, secus si altiore requirant indaginem, & per contradictionem parrium in dubium vocentur. b. c. li. Dn. HARPRECHT Conf. Tubing. V. 1. Cons. 14. n. 14. sq. COLER. de*
80. *Proc. Exec. P. 1. c. 3. n. 85. Imò verò etiam in Processu Executivò & Summario juramentum judiciale deferri posse, licet Saxonibus certò casu contrariù magis placeat, docet Excell. Dn. SCHOEPPER*
81. *in Synops. tit. de Jurej. n. 31. Quam sententiam & calculò FCis Juridicæ Rosbach. Ao. 705. m. Septembri ita Respondentis fuisse approbatam, Excell. Dn. PRÆSES ad Eund. d. n. 31. testatur, ubi &*
82. *MARTINUM allegat dissentientibus fati facientem, Ad (XXVII) Resp. Si omne juramentum transactionis speciem dicere velimus, & Necessarium Reus pro lubitu recusare poterit, quæ conclusio admodum vacillat. Facilius ergo esset eum d. L. 2. de Juramentò Voluntariò admitteremus. HARPR. ad §. 4. l. de Except. n. 4.*
83. §. IIX. Atque hæc sunt L. B. 3. q. 2. 3. pro tenui ingeni nostri modulo, cum per angustiam temporis, rum per alia impedimenta varias, huc congerere licuit. Quod si adeo, in unò alteròve nos errasse, forsitan contigerit, meliora docentem absque pertinaciâ sequemur, cum Disputationis Finis non sit sequioris opinionis pertinax defensio, sed Veritas, Deo interim T. O. M. grates persolvimus immortales, quòd, sicut studiis conatibusque, nostris hucusque, ita & præsentì labori quàm clementissimè benedixerit, Eumque supplices veneramus, ut & in posterum
- iisdem adesse velit, cui sit Laus, Honor atque Gloria
 sine


FINE.

Rostock, Diss., 1706-09

X 237 3042

✓ 9 18





Farbkarte #13

B.I.G.

Pra. 14. num. 10.

1708.6.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

**JURAMENTI
DELATIONE IN
CAUSA FISCALIS
PECUNIARIA,**

P494
IN NOMINE ^{QVAM,} SACRO-SANCTÆ
ET INDIVIDUÆ TRINITATIS,
DECRETO ET AUTHORITY MAGNIFICI JCTO-
RUM ORDINIS, IN CELEBERRIMA PATRIA ACADEMIA,
PRÆSIDE

VIRO PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

**DNO. CASPARO MAT-
THÆO MÜLLERO,**

SER. DUCIS MECKL. REGENTIS CONSIL. CANCELLAR.
PROF. DUC. PUBL. ORD., IN HOC ACTU SPECTABILI

PRO-DECANO,

FAVTORE, PROMOTORE ET PRÆCEPTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO,

Pro Impetrandis Summis in Utroque Jure Privilegiis & Honoribus,
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOH. CHRIST. Petersen / ROSTOCH.

DIE XXVI. APRIL. IN AUDITORIO MAJORI,

Horis Ante- & Pomeridianis.

ROSTOCH, Typis Joh. WepplingI, SER. PRINC. & ACAD.
Typographi, Anno MDCCVIII.

